

MISSÆ PROPRIÆ SS. PATRONORUM

GERMANIAE, HUNGARIAE, BOHEMIAE, POLONIAE
STYRIA, CARINTHIAE, MORAVIAE, SILESIAE, ETC.

FESTA DECEMBRIS.

DIE I. COMMEMORATIO S. ELIGII
Episc. et Confess. **Oratio de Comm.**
Confess. Pontif. fol. XIV.

DIE IV. S. BARBARÆ VIRGINIS
et Martyris. Missa Loquébar **de Communi Virg. et Martyr. fol. XX.** præter
Orationes sequentes pro Hungaria.

Secreta.

Sanctæ Virginis et Mártyris tuæ Bárbaræ quæsumus Dómine, pio interventu, hæc tibi grata reddátur oblatione: paritérque nos, et a peccatis omnibus expiat, et ad cælestia dona capienda júgiter perdúcat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

Postcommunio.

Corporis sacri et pretiosi sanguinis repléti libámine, quæsumus Dómine: ut, sanctæ Virginis et Mártyris tuæ Bárbaræ intercedéntibus méritis, ab omnibus nos tueáris advercis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum, etc.

DIE XIII. COMMEMORATIO

S. Othiliæ Virginis:

Oratio.

Deus, qui nos ánnua Beátæ Othiliæ Virginis tuæ solemnitaté lætificas: da quæsumus; ut quam venerámur officio, etiam piæ conversationis sequámur exemplo. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

Secreta Súscipe. Postcomm. Auxiliéntur. **de Com. Virg. fol. XXVI.**

In Diœcesi Brixensi. Missa Dilexisti
de Com. Virg. fol. XXIII. præter Ora-
tionem sequentem.

Oratio.

Præsta quæsumus omnipotens Deus, ut beatæ Othiliæ Virginis tuæ solémnia recenséntes, méritis ipsius protegámur et précibus. Per Dóminum nostrum.

DIE XXVI. PRO COMMEMOR. SS. Martyrum.

Oratio.

Deus, qui nos ánnua sanctórum Mártyrum tuorum Commemoratiōne lætificas, concéde propítius; ut quorum gaudēmus méritis, accendámur exémplis. Per Dóminum nostrum.

Secreta, et Postcommunio, ut in Mis-
sa de Communi SS. Martyrum. Salus
autem Justorum. fol. XII.

In Archidiœc. Pragensi Oratio, Secr.
Postcommunio ex Missa Sapientiam
de Communi plurimorum Mart. fol. X.

FESTA JANUARII.

DIE VIII. S. SEVERINI

Abbatis. Missa Os justi de commu-
ni Abbatum. fol. XIX.

DIE VIII. COMMEMOR. S. ERHARDI

Episcopi et Conf. Oratio. Da quæsu-
mus de Comm. Conf. Pont. fol. XIII.

DIE XIX. S. HENRICI

Episcopi et Martyris. Missa Sacer-
dótes de Com. Mart. Pont. fol. III. præ-
ter primam Orationem.

Oratio.

Omnipotens sempitérne Deus, qui beato Henrico Mártyri tuo atque Pontifici, glorióso triúmpho martyrii largitus es palmā: ejus quæsumus méritis et précibus grátiam nobis largíris et glóriam. Per Dóminum.

DIE XXIII. S. JOANNIS
Eleemosynarii Episcopi et Confess.
Missa Sacerdotes ex Communi Conf.
Pont. fol. XIV.

Evangelium. Estote misericordes. ex
Dom. I. post Pentecosten fol. 267.
In Polonia Missa Státuit ex Comm.
Conf. Pont. fol. II.

Oratio.

D^Eus, qui B. Joánnem Eleemosyná-
rium Confessórem Pontíficem
tuum sanctárū Eleemosynárum ero-
gatórem constituísti, donisque tem-
porálibus cumulátum, ad páuperum
tuórum consolationém, deficere nun-
quam promisisti, concéde propítius,
ut cujus mérita hodiérna die recóli-
mus, ejus imitatióne præsentium, fu-
tutorúmque bonórum dona, te adju-
vante conseguí mereámur. Per Dómi-
num nostrum.

DIE XXIII. TRANSLATIO S. ERICI
Regis et Mart. Missa In virtute tua de
Com. Mart. non Pont. fol. IV. Evang.
Si quis vult post me venire. de eodē
Com. fol. III. præter Orationem.

Oratio.

P^Raesta quæsumus omnípotēs Deus:
ut qui beáti Erici Mártyris tui
Translationē cólimus, intercessióne
ejus in tui nóminalis amóre roborémur.
Per Dóminum nostrum.

DIE XXXI. TRANSLATIO S. MARCI
Evangelistæ. Missa Mihi autē de vo-
tiva Apostol. fol. XXV. Epistola et
Evangel. ut die XXV. Aprilis. fol. 366.
præter Orationes sequentes.

Oratio.

D^Eus, qui gloriósū B. Marci Evan-
gelistæ corpus nobis fámulis tuis
revelare dignátus es; concéde propí-
tius: ut qui ejus translationem hódie
pia veneratióne recólimus, ipsius bea-
titudini te concedénte, adjungi me-
reámur. Per Dóminum nostrum Je-
sus Christum.

Secreta.

H^Is quæsumus Dómine munéribus
inténde placátus, et tríbue inter-
cessióne gloriósa B. Evangelistæ tui
Marci nos a peccátis absólvi, et cœlé-
sti grátia ditári. Per Dóminum.

Postcommunio.

R^Efécti vitálibus alimóniis; quæsu-
mus Dómine Deus noster: ut in-
tercedénte B. Marco Evangelista; quod
ore súmpsimus, pura mente capiá-
mus. Per Dóminum nostrum.

DIE XXXI. S. VIGILI
Episc. et Mart. Missa Státuit de Com-
muni unius Martyris Pontificis. fol. II.

Oratio.

D^Eus qui hunc diem nobis beáti Vi-
gilii Mártyris tui, atque Pontífici-
s sanguine consecrásti: da quæsu-
mus; ut ejus méritis ab ómnibus sem-
per advérsis defénsi, ætérnæ vitæ
præmia consequámur. Per Dóminū.

Lectio et Evangelium ex Missa. Sa-
cerdotes Dei. fol. III.

FESTA FEBRUARII.

DIE I. S. BRIGIDÆ VIRGINIS.
Missa Dilexisti. de Communi Virg.
fol. XXIII. præter Orationes sequent.

Oratio.

O Mnípotens sempitérme Deus, qui
es sanctórum glória virtútū, cle-
mántiam tuam súpplices exorámus:
ut per mérita beátæ Virginis tuæ Brí-
gidæ, opportúnū tuæ pietatis auxí-
lium sentiámus. Per Dóminum.

Secreta.

M^Unera tibi Dómine dicáta sanctífi-
ca: et intercedénte beáta Brígida
Vírgine tua, per éadem nos placátus
inténde. Per Dóminum.

Postcommunio Satiásti. de eodem
Communi. fol. XXIV.

DIE IV. S. ANSGARI
Episc. et Confess. Missa. Státuit, ex
Com. Pont. fol. XIII. præter Oratione
sequentem.

Oratio.

E Xáudi quæsumus Dómine preces
nostras, quas in beáti Ansgárii
Confessóris tui atque Pontíficis sole-
mnitáte deférimus: et qui tibi digne
meruit famulári, ejus intercedéntibus
méritis ab ómnibus nos absólve pec-
cátis. Per Dóminum nostrum.

DIE V. SS. INGENUINI ET ALBUINI
Confess. Pont. et Patronorum Brixin.

Introitus.

G Audeámus omnes in Dómi-
no, diem festum celebrán-
tes, sub honore Sanctórum
Confessórum, de quorum
Solemnitáte gaudent Angeli, et col-
láudant Fílium Dei.

Psal. 32. Exultáte justi in Dño, rectos
decet collaudátio. V. Glória Patri, etc.

Oratio.

D^Eus tuórum glória Sacerdótum,
præsta quæsumus, ut qui sanctó-
rum Confessórum tuórū atque Pon-
tíficum, Ingenuí et Albuí natali-
tia cólimus, eórum auxilia sentiámus.
Per Dóminum nostrum, etc.

Epistola Mementóte præpositórum,
ut die VI. Decembris fol. 314.

Grad. Ps. 131. Sacerdotes ejus índu-
salutári: et sancti ejus exultatióne ex-
ultábunt. V. Illuc prodúcā cornu Da-
vid: parávi lucernam Christo meo.
Alleluja, Alleluja. V. Córpora Sanctó-
rum in pace sepúlta sunt et nóminalia
eórum vivent in generatióne, et ge-
neratióne. Alleluja.

J Post Septuag. loco Alleluja et Ver-
su seq. dicitur Tract. Ps. 125. Qui sémi-
nant in láchrymis, in exultatióne me-
tent. V. Eúntes ibant et flebant, mit-
téntes sémina sua. V. Venientes au-
tem vénient cum exultatióne, portán-
tes manipulos suos.

Evangelium. Homo quidā peregre,
ut in Communi. fol. XIV.

Et dicitur Credo.

Offertoriū. Ps. 31. Lætámini in Dño,
et exultáte justi: et gloriámini omnes
recti corde.

Secreta.

S Anctórū Ingenuí et Albuí Con-
fessórum tuórum atque Pontifi-
cum, quæsumus Dómine, ánnua so-
lémnitas pietati tuæ nos reddat ac-
céptos: ut per hæc piæ placatiónis of-
ficia, et illos beáta retribúto, comité-
tur, et nobis grátiae tuæ dona concí-
lient. Per Dóminum nostrum Jesum
Christum, etc.

Comunio. Matth. 10. Quod dico vobis
in ténebris, dícite in lúmine, dicit Dñs:
et quod in aure audítis, prædicáte su-
per tecta.

Postcommunio.

D^Eus fidélium remunerátor animá-
rum, præsta: ut beatórum Inge-
nuí et Albuí Confessórum tuórū
atque Pontifici, quorum venerádam
celebrámus Festivitátem, præcibus in-
dulgéntiam consequámur. Per Dómi-
num nostrum.

DIE VI. S. DOROTHEAE
Virg. et Mart. Missa Dilexisti. de Com-
muni Virg. fol. XXIII.

In Archidiocesi Viennensi Missa Lo-
québar ex Comm. Virg. Mart. fol. XX.
Oratio.

O Mnípotens sempitérme Deus, in
cujus nóminalis gloriósa Virgo et
Martyr Dorothéa multórum genera-
torum superávit: te suppliciter
exorámus, ut ejus intervéntu cuncta
pericula vincámus, ipsámque in no-
stris necessitatibus célerem adjutricē
sentiámus. Per Dóminum nostrum
Jesum Christum, etc.

DIE VI. S. A M A N D I
Episc. et Conf. Missa Sacerdotes ut
in Com. Confess. Pontif. fol. XIV.

DIE IX. S. SEVERINI ABB.
Missa Os justi de Communi Abbatū.
fol. XIX

DIE XI. SS. VII. FUNDATORUM
Ord. Servor. B. M. V.

Introitus.

CAudeámus omnes in Dómino, diem festū celebrántes sub honore septem beatórum Patrum, de quorum festivitáte gaudent Angeli et collaudant Filium Dei.

Psalm. 134. Laudáte nomen Dómini: Laudáte Servi Dóminum.

V. Glória Patri. **Oratio.**

Domine Iesu Christe, qui in jugem mémoriā dolórum sanctissimā tuæ Genitricis, per septem beátos Patres nova servórum ejus família, Ecclesiā tuam fœcundásti; concéde nobis fámulis tuis in hac lacrymárum valle degéntibus, ita ejúsdem mœstissimæ Matris sócios cum ipsis esse passiónum in terris; ut perpétuæ consolatiónis consórtes fieri mereámur in cœlis. Qui vivis, et regnas, etc.

Léctio Epistolæ Beáti Pauli Apóstoli ad Philippenses. **Cap. 3.**

Fratres; Quæ mihi fuérunt lucra, hæc arbitrátus sum propter Chri- stum detriménta. Verúmtamen exísti- mo ómnia detriméntum esse propter eminéntē sciéntiam Jesu Christi Dómini mei: propter quem ómnia detri- méntum feci, et ábitrór ut stércora, ut Christū lucrifáciam, et invénim in illo non habens meam justitiā, quæ ex lege est; sed illam, quæ ex fide est Christi Jesu: quæ ex Deo est, justitia in fide ad cognescéndum illum, et virtútem resurrectiōnis ejus, et societátēm passiónum illiū, configurátus morti ejus: si quómodo occúrram ad resur- rectiōnem, quæ est ex mórtuis: non quod jam accéperim, aut jam perfé- ctus sim: sequor autem, si quómodo comprehéndam, in quo et comprehénsus sum a Christo Jesu.

Graduale. Ps. 132. Ecce quam bonum,

et quam jucundum habitare fratres in unum.

V. Sicut unguéntum in cápite, quod descéndit in barbam, barbam Aaron. **Alleluja Alleluja.**

V. Hæc est vera fratérnitas, quæ vicit mundi crímina: Christum secúta est, inclita tenens regna cœlestia, alleluja.

JPost Septuagesimam, omissa Alleluja et **V.** sequenti, dicitur Tractus.

Psalm. 125. Qui séminant in lácrimis in exultatiōne metent. **V.** Eúntes ibant, et flebant mitténtes sémina sua. **V.** Venientes autem vénient cum exultatiōne, portántes manípulos suos.

Sequéntia sacerdici Euangélii secún- dum Lucam. **Luc. 12. c**

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Nolite timere pusillus gressus: quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Véndite, quæ possidé- tis, et date Eleemosynam. Fácite vobis sácculos, qui non veteráscent, thesáu- rū non deficiéntē in cœlis: quo fur non appropiat, neque tinea corrum- pit. Ubi enim thesáurus vester est, ibi et cor vestrum erit.

Offertorium. Ps. 44. Pro Pátribus tuis nati sunt tibi filii, propterea populi confitebúntur tibi. **Secreta.**

Praesta nobis, quæsumus, omnipo- tens Deus: ut nostræ humilitatis oblatio, et pro tuorū tibi grata sit honore sanctorum, et nos corpore pár- riter, et mente purificet. Per Dóminū. **Communio. Joan. 15.** Ego vos elégi de mundo, ut eatis et fructum afferatis, et fructus vester máneat.

Postcommunio.

Quæsumus, omnipotens Deus, ut, qui cœlestia aliménta percépi- mus; intercedéntibus septem beátis Confessóribus tuis, per hæc contra ómnia advérsa muniamur. Per Dómi- num nostrum.

In Dicēc. Salisburg. et Linc. Missa Ju- stus ut palma de Comm. Conf. Pont. fol. XVIII.

DIE XII. S. VALENTINI.

Episc. et Confess. Missa S tátuit de Communi Conf. Pontificis. fol. XIII.

Oratio.

Propitiáre, quæsumus Dómine, nobis fámulis tuis, per beáti Valen- tini Confessóris tui atque Pontificis mérita gloriósa: ut ejus pia interces- sione ab ómnibus protegámur advér- sis. Per Dóminum nostrum.

DIE XIII. S. CATHERINÆ
de Riccis Virgin. **Missa** Dilexisti de Communi Virg. fol. XXIII.

Oratio.

Domine Iesu Christe, qui beátam Catharínam Vírginem tui amóre succénsam Passiōnis contemplatiōne claréscere voluísti; ejus intercessiōne concéde, ut Passiōnis Mystéria devóte recoléntes, ejus fructus percipere mereámur. Qui vivis, etc.

DIE XIII. S. FUSCAE
Virginis et Mart. Missa Me expecta- vérunt de Communi Virginis et Mart. fol. XXV.

DIE XVI. S. JULIANÆ
Virg. et Mart. Missa Loquébar ut in Comm. Virg. et Mart. fol. XX.

DIE XVI. SS. RELIQUIARUM.
in Ecclesia Metropolitana Viennensi tantum.

Introitus. **Psalm. 33.**

Multæ tribulatiōnes justórum, et de his ómnibus liberávit eos Dóminus: Dóminus cu- stódit ómnia ossa eórum: unum ex his non conterétur.

Psalm. ibid. Benedic Dóminum in omni témpore: semper laus ejus in ore meo. **V.** Glória Patri. **Oratio.**

Deus, qui hanc sacrosanctam Ecclesiā tot voluísti decorári Sanctórum Reliquiis: concéde nobis fá-

mulis tuis; ut quórum memoriām ve- nerámur in terris, eórum consórtio perfruámur in cœlis. Per Dóminum.

Léctio libri Sapiéntiæ. **Eccl. 44. b**

Hi viri misericordiæ sunt, quorum pietates non defuérunt: cum sé- mine eórum pémanent bona; hæré- ditas sancta nepotes eórum; et in te- staméntis stetit semen eórum: et filii eórum propter illos usque in æternū manent: semen eórum, et glória eórum non derelinquétur. Córpora ipsórum in pace sepulta sunt, et nomen eórum vivit in generatiōnem, et generatiō- nem. Sapiéntiam ipsórum narrent pó- puli, et laudem eórum nuntiet Ecclésia.

Graduale. Psalm. 132. Ecce quam bonum et quam jucundum, habitare fra- tres in unum. **V.** Sicut unguéntum in cápite, quod descéndit in barbam, barbam Aaron. **Alleluja, alleluja.**

V. Hæc est vera fratérnitas, quæ vicit mundi crímina: Christum secúta est inclita tenens regna cœlestia. Allel.

JPost Septuagesim. omissa Alle- luja et Versu sequenti, dicitur Tractus.

Psalm. 125. Qui séminant in lácrimis, in exultatiōne metent. **V.** Eúntes ibant, et flebant mitténtes sémina sua. **V.** Venientes autem vénient cum exultatiōne, portántes manípulos suos.

Sequéntia sacerdici Euangélii secún- dum Lucam. **Luc. 6.**

In illo témpore: Descéndens Jesus de monte, stetit in loco campé- stri, et turba discipulórum ejus, et multitudo copiosa plebis ab omni Ju- dæa, et Jerusalē, et marítima et Tyri, et Sidónis, qui vénérant, ut audírent eum, et sanaréntur a languóribus suis. Et qui vexabántur a spiritibus im- mundis, curabántur. Et omnis turba quærébat eum tängere: quia virtus de illo exibat, et sanábat omnes. Et ipse elevávit oculis in discípulos suos, di-

cébat: Beati páuperes: quia vestrum est regnū Dei. Beati, qui nunc esuritis: quia saturabimini. Beati, qui nunc fletis: quia ridēbitis. Beati éritis cum vos óderint hómines, et cum separáverint vos, et exprobráverint, et ejécerint no-men vestrum tamquam malū propter Filium hóminis. Gaudéte in illa die, et exultáte: ecce enim merces vestra multa est in celo. **Credo.**

Offertorium. Psalm. 5. Gloriabuntur in te omnes, qui díligunt nomen tuū, quóniam tu Dómine benedíces justo: Dómine ut scuto bonæ voluntatis tuæ coronásti nos.

Secreta.

Hostias tibi Dómine Sanctórū tuórum dicátas méritis benígnus assúme, et ad perpétuum nobis tribue provenire subsidium. Per Dóminum nostrum.

Communio. Sap. 3. Etsi coram homínibus torménta passi sunt, Deus tentávit eos: tanquam aurum in fornáce probávit eos: et quasi holocáusta accépit eos.

Postcommunio.

Sumpsimus, Dómine, Sanctórum túorum solémnia celebrántes, Sacraménta cœlestia: præsta quæsumus; ut quod temporáliter gérimus, aetérnis gáudiis consequámur. Per Dóminum nostrum.

DIE XVII. S. JOANNIS ELEEMOS.

In Diœc. Linc.

Missa Státuit de Comm. Confess.
Pont. fol. XIII.

DIE XIX. S. CONRADI

Placentini Confessoris. Missa Justus
ut palma de Comm. Conf. fol. XVIII.
Euangelium Ecce nos reliquimus.
fol. XIX.

DIE XXV. S. SIGFRIDI

Episc. et Confes. Missa Státuit ei Dó-
minus de Comm. Conf. Pont. fol. XIII.
præter Orationem sequentem.

Oratio.

Deus, qui beatum Sigfridum, Confessorem tuum, Euangélicæ prædicationis grátia sublimasti: præsta quæsumus, ut et doctrina ejus erudiámur, et præcibus adjuvémur. Per Dóminum nostrum.

DIE XXV. S. WALDBURGÆ

Virg. Missa Dilexisti de Commun.
Virg. XXIII.

Oratio.

Deus, qui inter innúmera gratiæ tuæ dona, etiam in sexu fœmíneo tua operáris magnália, concéde propítius: ut B. Waldbúrgæ Vírginis tuæ, apud misericórdiā tuam patrocínia sentiámus, cuius non solum Castitatis illustrámur exémplis, verum etiam miraculórum glória jucundámur. Per Dóminum nostrum.

DIE XXVIII. S. ROMANI

Abbatis Missa Os justi ut in Comm.
Abb. fol. XIX.

FESTA MARTII.

DIE II. S. HELENÆ

Imperatricis Viduæ.**Introitus.**

Gal. 6.

Michi autem absit gloriari, nisi in Cruce Dómini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, et ego mundo.

Psal. 22. Virga tua, et báculus tuus, ipsa me consoláta sunt. **V.** Glória Patri.

Oratio.

Domine Iesu Christe, qui locum, ubi crux tua latébat, beatæ Hélenæ revelasti, ut per eam Ecclesiás tuam hoc pretioso thesáuro ditáres; ejus nobis intercessióne concéde: ut vitális ligni prétio aetérnae vitæ præmia consequámur. Qui vivis et regnas.

In Quadrages. fit commemor. Fer.
Epistola Mulierem fórtēm quis invéniel? de Comm. fol. XXVII.

Gradual. Ps. 44. Vultū tuū deprecabún-tur omnes dívites plebis, filiæ Regum

Secreta.

in honóre tuo. **V.** Adducéntur Regi virgines post eam, próximæ ejus afférentur tibi in lætitia, et exultatione: adducéntur in templum Regis.

Tractus. Veni sponsa Christi, áccipe corónam, etc.

Evangelium de eodē Com. Símile est regnū cœlórum thesáuro.

Offertorium. Non enim judicávi me scire áliud nisi Jesum Christum et hunc Crucifixum.

Secreta.

Per hæc sacra mystéria concéde nobis Dómine, ut sicut beatæ Hélenæ misericórditer tribuísti, ut Filium tuum crucifixum in corde semper gestáret, ita et nos eum in cōrdibus nostris perpétuo deferámus. Per eundē Dóminum nostrum.

In Quadrag. commemor. Feriæ, et Præfatio Quadrag.

Communio. Cant. 7. A scéndam in pal-mam, et apprehéndam fructus ejus.

Postcommunio.

Concéde nobis misericors Deus, ut qui salutiferæ Crucis tuæ fructu in terra sumus recreati; per intercessió-nem beatæ Hélenæ eodē júgiter pérfrui mereámur in cœlis. Qui vivis et regnas, etc.

In Quadrag. commemor. Fer. et ul-timum Evangel. de eadem.

DIE III. SS. AGAPIS ET SOC.

Virg. Mart. Missa Loquébar de Com.

Virg. Mart. fol. XX. Epistola De Virgi-nibus. Graduale Concupívit Rex ex

Miss. Vultum tuum fol. XXIV. præter Orationes sequentes. **Oratio.**

Da nobis, quæsumus Dómine Deus noster sanctárum Vírginum, et Mártyrum tuárū Agápis, et Sociárum palmas incessábili devotione venerári: ut, quas digna mente non pôssuimus celebrare, humilibus saltem frequentémus obséquiis. Per Dóminum nostrum.

Oratio.

Concéde, quæsumus Dómine, Beatum Mártyrem tuum Wenceslau intervénire pro nobis, cuius diem celebrámus Translatiónis: quia tunc nos salvári confidimus, si ejus præcibus tua gubernátur Ecclésia, cuius lætámur, te donánte, festivitaté gloriósa. Per Dóminum nostrum.

Evang. Si quis vult post me venire ex Communi unius Martyris Pont. fol. III. Deinde dicitur. **Credo.**

Secreta.

Martyris tui Wenceslai precibus, Dómine, plebis tuæ dona sanctifica; ut, quæ tibi tuo grata sunt instituto, gratiora fiant patrocínio supplícantis. Per Dóminum nostrum.

Postcommunio.

Sumptis, Dómine, remédiis cœlestibus, tuorum mundéntur corda fidélium: ut Beati Mártyris tui Wenceslai translatióñem, quam sacris mystériis læti recólimus, pia devotióne prosequámur. Per Dóminum.

DIE V. TRANSLATIO S. WENCESLAI
Martyris. In Polonia.

Missa Lætabitur de Communi Mart
non Pont. fol. V. Epistola Communi
cantes Christi passiónibus ut die XIX.
Junii fol. 394.

Evang. Si quis vult post me venire ut in Communi Mart. Pont. fol. III. præter primam Orationem.

Oratio.

Deus, qui beati Wenceslai nobilitatem in meliorem mutasti dignitatem, et eum per Martyrii palmam ad cœlestem perduxisti gloriām: ejus precibus nos, quæsumus ab omni adversitate libera et æternæ beatitudinis concéde pérfrui gloria. Per Dóminū.

DIE VI. S. FRIDOLINI

Conf. Missa Justus ut palma de communi Conf. non Pont. fol. XVIII.

Evangel. Sint lumbi ex Missa prædenti. fol. XVII.

DIE IX. SS. CYRILLI ET METHODII
Confess. et Pont. In Polonia.

Missa Sacerdótes ex Com. fol. XIV.
præter Tract. et Offert. et primā Orationem.

Oratio.

Omnipotens sempitérne Deus, qui nos per beatos Pontifices et Confessores tuos Cyrillum et Methódium ad unitátem fidei Christiánæ vocare dignátus es: præsta, quæsumus; ut qui præsénti eorum festivitatē lætámur, ipsorum étiam méritis gloriām cónsequi mereámur æternam. Per Dóminum nostrum.

ipsorum étiam méritis gloriām cónsequi mereámur æternam. Per Dóminum nostrum.

Tractus. Qui séminant in lácymis, in gáudio metent. **V.** Eúntes ibant et flement, mitténtes sémina sua.

V. Veniéntes autem vénient cum exultatíone, portántes manípulos suos.

Offertorium. Psalm. 67. Mirabilis Deus in Sanctis suis: Deus Israel, ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi suae: benedictus Deus.

Communio. Psalm. 67. Quod dico vobis in ténebris, dícite in lúmine, dicit Dóminus: et quod in aure audítis, prædicáte super tecta.

DIE XI. SS. CYRILLI ET METHODII
Conf. et Pont. Missa Sacerdótes de Communi Conf. Pont. fol. XIV.

Oratio.

Omnipotens sempitérne Deus, qui nos per beatos Pontifices, et Confessores tuos Cyrillum et Methódium ad unitátem fidei Christiánæ vocare dignátus es: præsta, quæsumus; ut qui præsénti eorum festivitatē lætámur, ipsorum étiam méritis gloriām cónsequi mereámur æternam. Per Dóminum nostrum.

Secreta.

Sanctorum Cyrilli et Methódii Confessorum tuorum atque Pontificum. quæsumus Dñe, ánnua solémnitas pietati tuæ nos reddat accéptos: ut per hæc piæ placatióñis officia, et illos beata retribútio comitétur; et nobis gratiæ dona conciliet. Per Dóminum nostrum.

Postcommunio.

Deus fidélium remunerátor animarum, præsta: ut beatórum Cyrilli et Methódii Confessórū tuorum atque Pontificum, quorum venerándam celebrámus festivitatē, precibus indulgentiam consequámur. Per Dóminum nostrum.

DIE XV. S. LONGINI

Martyris Missa In virtute de Comm.
Mart. non Pont. fol. IV. præter Ora
tiones et Euangeliū. Oratio.

Deus, cui soli cōgnitus est númerus electórum: præsta quæsumus, ut intercessióne Beati Longini militis tui elec̄ti, liber sanctæ prædestinatiónis nos adscriptos retineat, ut de hoc felici gáudio collatémur, et ipsius sanctis méritis adjuvémur. Per Dóminū.

Si venerit in Quadragesima, fit com
memoratiō feriæ, et S. Cyriaci Episc.
Conf. Oratio Da quæsumus de Comm.
Conf. Pont. fol. XIII.

Sequéntia santi Euangélii secundum Joánnem. **Joan. 19.**

In illo tempore: rogavérunt Judæi Pilátum, ut frangeréntur eorum crura et tolleréntur. Venérunt ergo milites: et primi quidem fregérunt crura, et alterius, qui crucifixus est cum eo. Ad Jesum autem cum veníssent, ut vidérunt eum jam mórtuum, non fregérunt ejus crura, sed unus militum láncea latus ejus apéruit, et continuo exívit sanguis et aqua. Et qui vidit, testimónium perhíbuit: et verū est testimónium ejus. Et ille scit, quia vera dicit: ut et vos credatis. Facta sunt enim hæc, ut scriptúra impleréatur: Os non comminuétis ex eo. Et iterū ália scriptúra dicit: Vidérunt, in quem transfixérunt.

Secreta.

Domine dominántium, Rex Regum, Iesu Christe, qui te oblationem novam et immaculatam in ara crucis pro nobis peccatóribus obtulisti, et per lánceam militis sanguinem tuum de corde fudisti, suscipe hanc nostrā oblationem, quam ob passionē tuam, et ejusdem militis S. Longini memoratiōnē fásimus, ut perpetuum auxiliū sentiámus. Qui vivis et regnas.

Communio. Psalm. 20. Magna est gloria ejus in salutari tuo, gloriām et ma-

gnūm decórem impónes super eum, Dómine. **Postcommunio.**

Refécti et renováti pábulo cœlesti, cleméntiam tuam omnípotens Pater implorámus; ut, qui festa Beati Longini militis et märtyris venerámur in terris, prò nobis filium unigénitum, quem transfixit, júgiter imploret in cælis. Qui tecum vivit.

DIE XVI. SS. HILARII ET SOCIORUM
Martyrum. Missa Intret de Communi Plur. Mart. fol. IX. **Oratio.**

Beatórum Mártyrum Hilárii et Sociorum, nos quæsumus Dómine Festa tueántur, et eorum comméndet oratio veneranda. Per Dóminum.

DIE XVII. S. GERTRUDIS
Virg. Orat. ex Missa Dilexisti de Communi Virg. fol. XXIII.

DIE XXIII. S. CATHARINÆ
Vastanensis Virg. Missa Dilexisti de Com. Virg. fol. XXIII. Euang. Accesserunt ad Jesum Pharisæi, ut die V. Februarii fol. 345. et prima Oratio.

Opus, qui Ecclésiam tuā beatæ Catharinæ Vírginis præcláris méritis, et gloriósas lætificas miráculis: concéde nobis fámulis tuis: ut et exéplis ejus in mélius reformémur, et patrocínio ab ómnibus advérsis protegámur. Per Dóminum nostrum.

DIE XXVI. S. CASTULI
Martyris. Missa Lætabitur justus de Communi unius Martyris fol. V.

Tempore paschali. Protexisti. fol. VI.

DIE XXVII. S. RUPERTI
Episc. Confes. Missa Státuit de Com. Conf. Pont. fol. XIII.

Oroptiáre, quæsumus, Dómine, nobis fámulis tuis, per Sancti Ruperti Confessoris tui atque Pontificis mérita gloriósa: ut ejus pia intercessióne, ab ómnibus protegámur advérsis. Per Dóminum nostrum.

Epist. Ecce sacérdos magnus. **fol.** XIII.
Graduale. Invéni David servum meū, óleo sancto meo unxi eum. **V.** Manus enim mea auxiliabitur ei, et bráchium meum confortabit eum. Allelúja, Allelúja. **V.** Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis nō nocébit ei. Allelúja.
Euang. Homo quidam nóbilis **fol.** 453.
Offertorium. Véritas mea, et misericórdia mea cum ipso: et in Nómine meo exultabitur cornu ejus.

Secreta.

Suscípiat cleméntia tua, Dñe, quæsumus, de mánibus nostris munus oblátum: ut per hujus Sancti Confessoris tui, atque Pontíficis Ruperti intercessiónem ab ómnibus nos emundet peccátis. Per Dóminum nostrum.

Communio. Dómine, quinque talénta tradidisti mihi: ecce ália quinque superlucrátus sum: euge, serve bone et fidélis, quia in pauca fúisti fidélis, super multa te constitua: intra in gáudium Dñi tui. **Postcommunio.**
Divina libántes mystéria, quæ pro sancti Confessoris tui atque Pontíficis Ruperti veneratióne tuæ obtulimus Majestati: præsta quæsumus, Dómine, ut per ea véniam mereámur peccatórum, et cœlestis gratiæ donis reficiámur. Per Dóminum.

In Diceces. Brix. Linc. et Viennensi omnia ex Missa Státuit. fol. XIII.

IN FESTO S. CATHARINÆ

Bononiens. Virg. Missa Dilexisti. ex Commun. Virg. fol. XXIII.

FESTA APRILIS.

DIE II. COMMEMOR. S. MARIAE Ägyptiacæ. Oratio Exaudi. de Com. nec Virg. nec Mart. fol. XXVII.

DIE XV. S. HELENÆ Reginæ. Missa Cognóvi. de Com. nec Virg. nec Mart. fol. XXVII.

DIE XVIII. S. LIBERALIS Confessoris. Missa Os justi de Com. Conf. non Pont. fol. XVII.

Oratio.

Deus, qui nos Beáti Liberális Confessoris tui glorióso patrocínio circúmdas, et prótegis: Concéde propitiis; ut, cujus intercessióne munimur in terris, ejus quoque consórto perfruámur in cœlis. Per Dóminum.

DIE XVIII. S. ERICI REGIS

Martyris. Missa Protexisti de Com. Mart. fol. VI. præter Orationē sequentem.

Oratio.

Deus, qui beáto Erico Regi et Mártyri tuo, victoriæ palmam et cœlestis regni glóriam contulisti: fac nos, quæsumus, ejus méritis et intercessione cuncta nobis adversántia vincere, et corónam glóriæ in cœlis felíciter obtinére. Per Dóminum.

DIE XXIII. S. ADALBERTI

Episcopi et Martyris. In Polonia

Introitus. Psalm. 63.

Protexisti me Deus a convéntu malignantiū, allelúja: a multitúdine operántium iniquitatem, Allelúja, allelúja.

Psalm. ibid. Exaudi Deus orationem meā cum déprecor: a timore inimici eripe ánimam meam. **V.** Glória Patri.

Oratio.

Tuam nobis indulgentiam quæsumus Dómine beátus Adalbertus Episcopus et Martyr implóret: ut et delicta nobis cleménter ignóscas, et beneficia desideráta concédas. Per Dóminum nostrum.

Léctio Epistolæ beáti Pauli Apóstoli ad Hebræos. Heb. 5.

Fratres; Omnis Póntifex ex hominibus assúmptus pro homínibus constitúitur in iis, quæ sunt ad Deum, ut ófferat dona, et sacrificia pro peccátis: qui condolére possit iis, qui ignórant, et errant; quóniam et ipse circumdátus est infirmitate: et propterea debet, quemádmodum pro pôpulo, ita étiam et pro semetípsō offérre

pro peccátis. Nec quisquam sumit sibi honórem, sed qui vocátur a Deo tamquam Aaron. Sic et Christus non semetípsū clarificávit ut Póntifex fieret: sed qui locútus est ad eum: Filius meus es tu, ego hódie génu te. Quemádmodum et in álio loco dicit: Tu es Sacérdos in ætérnum, secúndum órdinem Melchisedech.

Allelúja, allelúja. **V.** Surréxit Pastor bonus, qui pósuit ánimam suam pro óvibus suis, et pro grege suo mori dignátus est, allelúja. **V.** Posuísti Dómine super caput ejus corónam de lápide pretioso, allelúja.

 Sequéntia sacerdi Euangélii secundum Joánnem. **Joan. 10.**

In illo témpore: Dixit Jesus Pharisæis: ego sū Pastor bonus. Bonus Pastor ánimam suam dat pro óvibus suis. Mercenarius autē, et quinon est Pastor, cujus non sunt oves propriae, videt lupum veniéntē, et dimítit oves, et fugit: et lupus rapit, et dispérgit oves: mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, et non pertinet ad eum de óvibus. Ego sum Pastor bonus: et cognóscō meas: et cognoscunt me meæ. Sicut novit me Pater, et ego agnóscō Patrem: et ánimam meam pono pro óvibus meis. Et álias oves hábeo, quæ nō sunt ex hoc ovili: et illas opórtet me addúcere, et vocē meam áudent, et fiet unum ovile, et unus Pastor. **Credo.**

Offertorium. Psalm. 20. Posuísti Dómine in cápite ejus corónā de lápide pretioso; vitam pétuit a te et tribuísti ei. Allelúja.

Secreta.

Sacrificium exhibítum, quæsumus, Dómine, benignus assúme: ut quod nōmini tuo in solemnitate beáti Adalberti Mártyris tui atque Pontíficis deférimus, nobis prosit ad vénia. Per Dóminum nostrum.

Communio. **Joan. 10.** Ego sum Pastor

bonus, allelúja: et cognóscō oves meas, et cognoscunt me meæ, allelúja, allelúja. **Postcommunio.**

Refécti Dómine munéribus sacris, supplices te deprecámur; ut indulgentiā tuam nobis intercéssio beáti Adalberti Mártyris tui atque Pontíficis semper implóret. Per Dóminum.

DIE XXIII. S. ADALBERTI

Epis. et Mart. In Hungaria. Missa Protexisti de Comm. fol. VI. Epist. Omne gáudium ex Missa præcedenti fol. VI. et Orationes ut infra.

Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, qui hodiéra die beatum Adalbertum Mártyrem tuum atque Pontificem, mérito passiōnis Sanctis tuis sociare dignatus es: tribue quæsumus; ut per ejus exempla ad pátriam perveniámus æternam. Per Dóminum.

Secreta.

Hostiastib; Dómine, beáti Adalberti Mártyris tui atque Pontíficis, dicas méritis, benignus assúme: et ad perpetuū nobis tribue provenire sub-sídium. Per Dóminum nostrum.

Postcommunio.

Béati Adalberti Mártyris tui atque Pontíficis intercessione, Dómine, placátus, præsta quæsumus; ut quæ temporali celebrámus actione, perpetua salvatiōne capiámus. Per Dóminū.

In Dicecesi Salisburgen. et Seccov. Commemoratio S. Adalberti Episc. et Martyr. Oratio. Infirmitatem de Comm. unius Mart. Pontif. fol. II.

DIE XXIV. INVENTIO CORPORUM SS. Cantii et Sociorum Martyrum.

Temp. pasch. Missa Sancti tui de Com. plur. Mart. fol. VIII.

Extra tempus paschale Missa Sapiéntiam fol. X. præter Orationes sequentes.

Oratio.

Omnipotens, Sempiterne Deus, qui hodiéra die membra sanctoru

Festa Aprilis.

Mártirum tuórum Cántii, Cantiáni, Cantianillæ, Chrysógoni, Anastásie, et Prothi nobis fámulis tuis reveláre dignátus es: concéde propítius; ut, qui eórum cörperum inventiōnem hódie venerando cólimus, ipsórum beatitúdini adjúngi mereámur. Per Dóminum nostrum.

Secreta.

His, quæsumus Dómine, munéribus intende placátus, et tribue supplicatiōne Beatórum Mártirum tuórum Cántii, Cantiáni, Cantianillæ Chrysógoni, Anastásie, et Prothi nos a pecatís ómnibus absólvi, et cœlesti grácia ditári. Per Dóminum.

Postcommunio.

Refécti vitálibus alimóniis, quæsumus Dómine Deus noster, ut intercedéntibus sanctis tuis Cántio, Cantiáno, Cantianilla, Chrysógoно, Anastásia, et Protho, quod ore súmpsimus, pura mente capiámus. Per Dóminum nostrum.

DIE XXVI. COMMEM. S. TRUBERTI
Martyr. Oratio. Præsta, quæsumus, omnípotens Deus, de Comm. unius Mart. non Pontif. fol. IV.

DIE XXVII. S. PEREGRINI

Conf. Introitus Psal. 83.

COr meum, et caro mea exultaverunt in Deum vivum: Beáti, qui hábitant in domo tua Dómine, in sæcula sæculórum laudábunt te. Alleluja, alleluja.

V. Psalm. Ibid. Quam dilécta tabernacula tua Dómine virtútum! Concupíscit, et déficit áнима mea in átria Dómini. Glória Patri.

Oratio.

Deus, qui beáto Peregrino Angelū cómitem, Magístram Deíparam, Jesum tetri úlceris médicum mire dedísti: da per mérita ipsius, obsecrámus; ut sanctum Angelum, Vírginem, Salvatórem singuláriter et amémus in terris, et collaudémus in cælis. Per eundem Dóminum nostrum.

In Archidiœcesi Salisburgensi, Sanhippolytana, et Seccoviensi Om-

Epistola Beátus vir ut in festo Bernadini Senensis. fol. 380.

Alleluja, Alleluja. **V.** De excélo misit ignem in óssibus meis, et erudívit me, Alleluja.

R. Psalm. 38. Concáluit cor meum intra me, et in meditatiōne mea exar-descet ignis. Alleluja.

Post Septuagesimā omissa Alleluja, et versu sequenti dicitur.

Tractus. Psalm. 111. Beátus vir, qui timet Dóminum, in mandatis ejus vollet nimis. **V.** Pótens in terra erit semen ejus, generatiō rectórū benedicetur. **V.** Glória et divitiæ in domo ejus, et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Euangelium. Ecce nos relínquimus. **Ibid. fol. 381.**

Offertorium. Psal. 93. Beátus, quem tu erudíeris Dómine, et de lege tua docueris eum, Alleluja.

Secreta.

Illibáta hæc sacrificia bénedic misericors Deus, ut sicut beátus Peregrinus ante horum celebratiōnem amáris lácrymis peccáta quæque plangébat; sic nos te dante contriti, et éadem humíliter defleámus, et débita culpis incéndia felíciter extinguámus. Per Dóminum nostrum.

Communio. Lucæ 10. Multitudo languentium et qui vexabántur a spiritibus immúndis veniébant ad eum, quia virtus de illo exíbat, et sanábat omnes, Alleluja.

Postcommunio.

Refécti te Deus exorámus, ut qui beátum Peregrinum pœnitentiæ, patientiæque admirabilis egrégiū exemplar constituisti: sic nobis pœnitere concédas; ut patiētes quoque in advérsis, ejus in via terámus vestigia, te in mercédem habeámus in pátria. Per eundem Dóminum nostrum.

In Archidiœcesi Salisburgensi, Sanhippolytana, et Seccoviensi Om-

Festa Maji.

nia ex Missa Justus ut palma de Communi fol. XVIII. præter primam Orationē, Deus qui B. Peregrino ut supra.

- Dominica secunda post Pascha.

IN FESTO S. CASSIANI

Episc. et Mart. Patroni Ecclesiæ Brinxensis. Introitus.

Protexisti me Deus, a convéntu malignántiū, Alleluja; a multitudine operántium iniquitatem, Alleluja, Alleluja.

Psalms. Exaudi Deus oratiōnem meā, cum déprecor: a timore inimici éripe ánimam meam. Glória Patri, etc.

Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, qui Beátum Cassiánum Pontificem Martyrii coróna decorásti: concéde propítius, ut cujus solémnia cólimus, ejus patrocínia sentiámus. Per Dóminum nostrum.

Epistola. Memor esto ut die XXXI Julii fol. 430.

Alleluja, Alleluja. **V.** Confitebúntur cœli mirabília tua Dómine: étenim veritatem tuam in Ecclésia Sanctórum

Alleluja. **V.** Posuísti Dómine super caput ejus corónam de lápide pretioso, Alleluja.

Sequéntia sacerdi Euangélii secundum Matthæum. **M**ath. 10.

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis. Cum persequéntur vos in civitáte ista, fúgite in áliam. Amen dico vobis, non consummábitis civitátes Israel: Donec véniat Filius hóminis. Non est discípulus supra magístrum: nec servus supra Dóminum suum. Súfficit discípulo, ut sit sicut magíster ejus: Et servo, sicut dóminus ejus. Si Patrem famílias Beélzebub vocavérunt, quanto magis domésticos ejus? ne ergo timuéritis eos. Nihil enim est opértum, quod non revelétur, et occultū, quod non sci-

tur. Quod dico vobis in ténebris, dicit in lúmine: et quod in aure auditis, prædicáte super tecta. Et nolite temere eos, qui occídunt corpus, animam autē non possunt occidére. Se pótius timéte eum, qui potest et animam, et corpus pérdere in gehennā. Credo.

Offertorium. Ps. 88. Confitebúntur cœli mirabília tua Dñe: et veritatem tuam in Ecclésia sanctórum, Alleluja, Alleluja. Secreta.

Muneris tibi Dómine, dicáta sancti fíca: et intercedénte beáto Casiano Mártyre tuo, atque Pontifice per eádem nos placátus intende. Per Dóminum nostrum.

Communio. Ps. 63. Lætabitur iustus in Dño, et sperábit in eo: et laudabúntur omnes recti corde, Alleluja, alleluja.

Postcommunio.

Hæc nos communio Dómine, purget a crímine, et intercedénte beáto Cassiano Mártyre tuo, atque Pontifice, cœlestis remédiis fáciat esse consórtes. Per Dóminum.

Infra Octavam. Missa dicitur, ut in Festo, excepto Euangilio, cujus loco legitur Designávit Dñs ibid. fol. 431.

In die Octava Missa cum Euangilio dicitur, ut in ipso Festo.

FESTA M A J I.

DIE I. S. SIGISMUNDI Regis et Martyris Missa Protexisti de Communi Mart. fol. VI. Oratio Præsta quæsumus, omnípotens Deus.

DIE IV. SS. FLORIANI ET SOC. MM. Missa Sancti tui Dómine. de Commplur. Mart. fol. VIII. Oratio Deus, qui nos concédis. Secreta Múnera tibi Dómine. Postcommunio Præsta nobis ex eadem Missa.

In Polonia. Missa Protexisti de Communi Mart. fol. VI. Oratio. Deus, qui nos beáti Floriani Mártiris tui solemnitaté lætificas: con-

éde propitiis, ut cuius gloriósum riúmphum venerámur in terris, soietatis ejus létitiam adipisci mereá-nur in cœlis. Per Dóminum.

Secreta.

Hanc oblationis Hóstiam, quæsumus omnípotens Deus, beati Floriáni Mártyris tui, digna comméndet oratio: qui sancto charitatis tuæ devictus amóre, própriam sui cörperis hóstiam in odórem suavitatis tibi óbtulit vivam. Per Dóminum.

Postcommunio.

Sancta nos, quæsumus, Dómine, sacraménti cœlestis participatio, et ab hóstium cállico tueáur incúrsu: et sancto Floriano intercedente, nobis remédia salutis cónferat sempiterna. Per Dóminum nostrum.

DIE V. COMMEM. S. GOTTHARDI
Episc. Confessoris.

Oratio.

Deus, qui pôpulo tuo Beátum Gothardum doctórem vitæ tribuísti: concéde quæsumus, ut ejus intercessione in tuis láudibus tranquilla prosperitate létantes, ab ómnibus ubique liberémur adverſis. Per Dóminū.

Secreta.

Munera oblata Dómine sanctifica, et intercedente Beáto Gothárdo Pontifice tuo, per hæc nos a peccatórum nostrorum máculis emúnda. Per Dóminum nostrum.

Postcommunio.

Corporis sacri et pretiōsi sanguinis repleti libamine, quæsumus Dómine Deus noster: ut, quod pia devo-tionē gérimus, intercedente piissimo Pontifice tuo Gothárdo certa redemptiōne capiámus. Per Dóminum.

In Diœcesi Brix. Commemor. S. Gotthardi Episcopi Confessor. Oratio. Da quæsumus etc. fol. XIII.

Secreta et Postcomm. ex Missa Sa-cerdótes tui fol. XV.

DIE VIII S. STANISLAI
Episcopi et Martyris. Missa Protexisti ut habetur die XXIII. Aprilis in festo S. Adalberti. Orationes ut in Missali fol. 374.

DIE XVI S. JOANNIS NEPOMUCENI
Martyris. Pro omnibus Statibus Augustæ Domui Austriacæ subjectis.

Introitus Eccli. 51. 20.

Dicit mihi Dóminus linguam mercédem meam: et in ipsa laudabo eum.

Psal. 38. 1. Dixi: Custódiam vias meas ut non delinquam in lingua mea. ¶ Glória Patri, etc.

Oratio.

Deus, qui ob invictum beáti Joán-nis sacramentale siléntium nova Ecclésiam tuam Martyrii coróna decorásti: da, ut ejus exémplo et intercessione ori nostro custódiā ponéntes, Beátis, qui lingua non sunt lapsi, annumerémur. Per Dóminum.

Léctio libri Sapiéntiæ. Eccli 21. 26.

Stultus a fenéstra respicet in domum: vir autem eruditus foris stabit. Stultitia hóminis auscultáre per óstium: et prudens gravabitur contumélia. Lábia imprudéntiū stulta narrabunt: verba autem prudéntium statéra ponderabuntur. In ore fatuorum cor illórum, et in corde sapiéntium os illórū. Dum maledicít ímpius diá-bolum, maledicít ipse ánimam suam. Susúrro coinquinabit ánimam suam, et in ómnibus odiétur; et qui cum eo mánserit, odiósus erit: tacitus et sensatus honorabitur.

Graduale. Prov. 11. 13. Qui ámbulat fraudulénter, revelat arcána: qui autem fidélis est ánnimi, celat.

¶ Psalm. 14. 1. Dómine, quis habitabit in tabernáculo tuo, aut quis requiéscet in monte sancto tuo? Qui non egit dolum in lingua sua, nec fecit próximo suo malum. Allelúa, allelúa.

V. Eccli. 25. 11. Beátus qui lingua sua non est lapsus, et qui non servivit in-dignis se, allelúa.

Tempore Paschali Allelúa Allelúa.

¶ Eccli. 25. 11. Beátus qui lingua sua non est lapsus, et qui non servivit in-dignis se, allelúa.

¶ Prov. 10. 31. et 12. 18. Lingua pra-vórum peribit. Lingua autem sapiéntum est sánitas, allelúa.

Post Septuag. Tract. Jac. 1. 26. Si quis putat, se religiósum esse, non refræ-nans linguam suam, sed sedúcens cor suum, hujus vana est religio.

¶ ibid. 2. 2. Si quis in verbo non of-fendit, hic perféctus est vir.

¶ ibid. 2. 7. Omnes enim natúra be-stiarum domántur, et dómita sunt a natúra humána: linguam autem nullus hóminum domare potest.

Sequéntia sācti Euangélii secún-dum Matthæum. Matth. 11. 2.

In illo tempore: Cum audísset Joán-nes in vínculis ópera Christi, mit-tens duos ex discípulis suis, ait il-lis: Tu es qui venturus es, an álium ex-pectámus? Et respóndens Jesus ait il-lis: Eúntes renuntiáte Joánni quæ au-distis et vidistis. Cæci vident, claudi ámbulant, leprósi mundántur, surdi áudiunt, mórtui resúrgunt, páuperes evangelizántur: et beátus est qui non fúerit scandalizátus in me. Illis autem abeúntibus, cœpit Jesus dícere ad turbas de Joánni: Quid exsistis in desér-tum vidére? arúndinem vento agitá-tam? Sed quid exsistis vidére? hóminē móllibus vestitum? Ecce qui móllibus vestiúntur, in dómibus Regum sunt. Sed quid exsistis vidére? Prophétam? étiam dico vobis, et plus quam Prophétam. Hic est enim, de quo scriptū est: Ecce ego mitto Angelum meum ante fáciem tuam, qui præparábit viā tuam ante te.

Offertorium. Eccl. 42. Non dúplices sermónen de revelatiōne sermóni abscóndit: et eris vere sine confusiō-ne, et invénies grátiam in conspéctu ómnium hóminum.

Secreta.

Hæc tua, Dómine, sacra Mystéria illum in nobis quæsumus ignem accéndant, quo ínclytus Martyr et Sa-cérdos tuus Joánnes, ea peragéndo, flagrábat. Per Dóminum nostrum.

Communio. Isa. 6. Volávit ad me unus de Séraphim, et in manu ejus cálcu-lus, quem túlerat de altári: et tétigit os meum.

Postcommunio.

Fragilitátem nostram, Dómine, cœ-firmit: qui beáti Mártyris et Sacerdó-tis tui Joánnis tentátam contra honórem Sacraménti constántiam júgiter aluit ad victóriam. Per Dóminum.

DIE XXV. S. JOANNIS DE PRÆDO

Mart.

Deus, qui contra Machométicā prá-vitatem B. Joánni Verbi tui Præ-cónem exímium effecisti, concéde: ut sicut ipse pro tuæ fidei dilatatiōne martyrii palmā mérit obtinére; sic nos ejus intercessione fidei nostraræ præmia cónsequi mereámur. Per Dó-minum nostrum.

DIE XXV. INVENTIO

Manus Dextræ S. Stephani Regis.

Introitus. Psalm. 72.

Tenuisti manū déxteram meam, et in voluntate tua deduxisti me, et cū glória suscepisti me.

Psal. 40. Beátus, qui intellégit super egénum, et páuperem; in die mala liberábit eum Dóminus.

¶ Glória Patri.

Deus, qui es Sanctórum tuórum splendor mirabilis, qui hodierna die beáti Stéphani Regis, et Confessóris tui gloriósam Déxteram revelásti: da nobis fámulis tuis; de

Festa Maji.

ejes semper protectione gaudere. Per Dóminum nostrum.

Léctio Libri Tóbiæ.

Tob. 4.

OMnibus diébus vitæ tuæ in mente habéto Deū, et cave, ne aliquando peccato conséntias, et prætermítas præcépta Dómini Dei nostri. Ex substántia tua fac eleemósynā, et noli avértere fáciem tuam ab ullo páupe-re; ita enim fiet, ut nec a te avertátur fácies Dómini. Quómodo potúeris, ita esto miséricors. Si multum tibi fúerit, abundánter tribue; si exiguū tibi fúerit, étiam exiguum libénter impertír stude. Præmium enim bonū tibi the-saurizas in die necessitatis, quóniam eleemósyna ab omni peccáto, et a morte liberat, et non patiétur ánimā ire in ténebras. Fidúcia magna erit coram sumo Deo eleemósyna ómnibus faciéntibus eam.

Graduale. Frange esuriénti panē tuū, et egéños, vagósque induc in domum tuam. Cum videris nudum, óperi eum, et carnem tuam ne despéxeris. **Is. 58.**

Alleluja, allel. **V.** Tunc erúmpet quasi mane lumen tuum, et glória Dómini colliget te. Alleluja.

Temp. pasch. Alleluja, alleluja. Beátus, qui intellégit super egénū, et páuperem, in die mala liberábit eum Dóminus. Alleluja. **Psal. 40.** **V.** Tota die miserétur, et cōmodat. Semen illius in benedictiōne erit. Alleluja.

Sequéntia sācti Euangélii secún-dum Lucam.

Luc. 12.

IN illo tempore: dixit Jesus discípu-lis suis: Nolite timére pusillus grex, quia complácuit Patri vestro dare vobis regnum. Véndite, quæ possidé-tis, et date eleemósynam. Fácite vobis sácculos, qui non veteráscunt, thesáurum non deficiéntem in cœlis, quo fur non apprópiat, neque tinea corrúmpit. Ubi enim thesáurus vester est, ibi et cor vestrum erit.

Festa Junii.

Offertorium. Dispérsit, dedit paupéri-bus, justitia ejus manet in sacerdóci-sculi: cornu ejus exaltábitur in glória.

Secreta.

MUnera tibi Dñe nostræ devotiónis offérimus, quæ et pro sancti Stéphani Regis et Confessoris tui grata tibi sint honore, et nobis salutária te miserantereddántur. Per Dóminū etc. **C**ommunio. Qui adminístrat semen semináti, et panem ad manducándū præstábit, et augébit increménta fru-gum justitiæ vestræ.

Postcommunio.

Sumpsimus, Dñe cœlestia sacra-ménta, beati Stéphani Regis et Confessoris tui solémnia celebrántes: præsta quæsumus; ut ipso intercedénte, quod temporáliter géssimus, aetér-nis gáudiis consequámur. Per Dómi-num nostrum.

DIE XXXI. SS. CANTIANI ET SOC.
Martyrum. Missa Sancti tui Dómine. de Com. Mart. fol. VIII. Extra tempus pasch. Sapiéntiam fol. X.

Oratio.

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus, ut pôpulus tuus ad plenæ de-votiónis afféctum Beatórum Mártyrū Cantiáni, et Sociórum ejus natalitiis præparétur: et eórum patrocínio pro-merente, beátæ cápiat Securitatis au-gmémentum. Per Dóminum.

Secreta.

MUnera tibi, Dómine, nostra devo-tiónis offérimus: quæ ut pro tuórum tibi grata sint honore justórum, et nobis salutária, te miserante red-dántur. Per Dóminum.

Postcommunio.

Præsta nobis, quæsumus Dómine in-tercedéntibus Sanctis Martyribus tuis Cantiáno, et Sóciis, ut quod ore contingimus, pura mente capiámus. Per Dóminum nostrum Jesum Chri-stum.

Festa Junii.

Dominica Infra Octavam ascensiō-nis D. N. J. Ch.

IN FESTO S. BONI LATRONIS.

Introitus. **Gal. 6.**

NOs autem gloriári opórtet in cruce Dómini nostri Jesu Christi: in quo est salus, vi-ta, et resurréctio nostra: per quem salváti, et liberáti sumus, alle-luja, alleluja.

Psalm. 66. Deus misereátur nostri, et benedicat nobis, illúminet vultum suum super nos, et misereátur nostri.

V. Glória Patri.

Oratio.

OMnipotens, et miséricors Deus, qui justificas ímpios, te súppli-ces exorámus, ut nos benígnō intúitu, quo Unigénitus tuus beatum traxit La-trónem, ad dignam pœniténtiam pró-voces: et illam, quam ei promísit, trí-buas nobis glóriam sempitérnam. Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum.

Léctio Isaiae Prophétæ. **Cap. 59.**

Ecce non est abbreviáta manus Dó-mini, ut salvare néqueat, neque aggrávata est auris ejus, ut non exáudiat: Sed iniquitátes vestræ divisérunt inter vos, et Deum vestrum: peccáta vestra abscondérunt fáciem ejus a vo-bis, ne exaudíret. Manus enim vestræ pollútæ sunt sanguine, et dígiti vestri iniquitáte: lábia vestra locúta sunt mendáciū, et lingua vestra iniquitátem fatur. Non est qui invocet justi-tiam, neque est qui júdicet vere: sed confidunt in níhilo, et loquúntur vanitátes: concepérunt labórem, et pe-perérunt iniquitátem. Alleluja, allel.

V. Dícite in géntibus: quia Dóminus regnávit a ligno, alleluja.
V. Dulce lignum, dulces clavos, dulcia ferens póndera: quæ sola fuísti digna sustinére Regem cœlórum, et Dómi-num. Alleluja.

ADÉsto nobis, Dómine Deus noster: et quos sanctæ crucis lœtari facis honore, ejus quoque perpétuis defénde subsidiis. Per Dóminum nostrum.

F E S T A J U N I I .

D I E III. S. E R A S M I

Episc. et Martyr. Tempore paschalí. Missa Protexisti de Com. fol. VI. præ-ter orationem sequentem.

Oratio.

Deus, cujus virtute beatus Erásmus Martyr et Póntifex, multa tor-mentorum génera superávit: fac nos, quæsumus, ejus intercessiōne, uni-

Sequéntia sācti Euangélii secún-dum Lucam. **Lucæ 23.**

IN illo tempore: Unus de his qui pendébant, Latrónibus, blasphemábat Jesū, dicens: Si tu es Chri-stus, salvum fac temetípsum, et nos. Respóndens autem alter increpábát eum, dicens; Neque tu times Deum, quod in eadem damnatiōne es. Et nos quidem justi, nam digna factis recí-pimus; hic vero nihil mali gessit. Et dicébat ad Jesum; Dómine meménto mei, cum véneris in regnum tuum. Et dixit illi Jesus: Amen dico tibi: Hódie mecum eris in Paradiso.

Dicitur Credo ratione Dominicæ.

Offertorium. **Ps. 117.** Dérécta Dñi fecit virtútem, déxtera Dómini exaltávit me: déxtera Dómini fecit virtútem: non móriar, sed vivam, et narrábo ópera Dómini, alleluja.

Secreta.

HÆc oblátio, Dómine quæsumus, ab ómnibus nos purget offénsis: quæ in ara crucis étiam totius mundi tulit offénsam. Per eundem Dóminū nostrum.

Präfatio. Qui salútem.

Communio. Per signum crucis, de inimícis nostris libera nos Deus no-ster, alleluja.

Postcommunio.

véras insídias inimicórum nostrórū visibilium et invisibilium cum gáudio superare, et in Christo bonis opéribus abundare. Per Dóminum nostrū. Extra Temp. Pasch. Missa Sacerdótes de Comm. fol. III. Oratio ut supra.

DIE IV. S. Q U I R I N I
Episcopi et Martyris. Missa Státuit de Communi unius Mart. Pont. fol. II. temp. pasch. Protexisti fol. VI.

DIE V. S. B O N I F A C I I
Episc. et Mart. Missa Protexisti me de Comm. unius Mart. Pontif. fol. VI. Extra temp. Paschale Missa Sacerdótes Dei ut in Comm. unius Mart. Pont. fol. III.

DIE V. T R A N S L A T I O
SS. Chrisanthi, Cyriacæ, et Marcellini Martyrum, in Ecclesia Metropolitana Viennensi tantum. Missa Intret in conspéctu tuo de Communi plurimorum Martyrum. fol. IX.

Oratio.

P Ræsta, quæsumus, omnípotēs Deus: ut qui gloriósos Mártyres fortes in sua confessióne cognóvimus, pios apud te in nostra intercessióne sentiámus. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio ex eadem Missa fol. X.

Tempore vero Paschali, Missa Sancti tui Dómine de Communi Martyrum fol. VIII.

Et dicitur Credo.

DIE VI. BEATI BERTRANDI
Patriarchæ Aquilejensis Confessoris. Missa Sacerdótes tui de Com. Conf. Pont. fol. XIV.

Oratio.

D Eus, qui beátum Bertrándum pro Ecclésiae suæ júribus ad mortem usque certántem invicta pastoráli fortitudine roborásti; præsta fidélibus tuis; ut ad pietátis, et religiónis constántiam ejusdem informéntur exémplis. Per Dóminum.

Secreta.

S Acra dona, quæ tibi Dómine rénter offérimus in commemora-tione beati Bertrándi Ecclésiae tuæ libertátem tueántur, et pacem, et sanctificatiónis nostræ increménata promóveant. Per Dóminum.

Postcommunio.

P Ræsta, quæsumus omnípotens Deus: ut in honórem B. Bertrándice celebráta mystéria ejus virtútum imitátóres, et tua propitiatióne nos dignos efficient. Per Dóminum.

DIE VII. S. Æ S C H I L I
Episcopi et Martyris. Missa Sacerdótes de Com. Mart. Pont. fol. III.

Euang. ut die XXIII. Aprilis. Ego sum pastor bonus. fol. 11. præter Oratiōnem sequentem. Oratio.

D Eus, qui beátum Æschilum Pontificem tuum, pro fidei dilatatióne martyriū subire voluísti: præsta quæsumus; ut omnes, qui ejus implórant auxílium, petitiónis suæ salutárē consequántur efféctum. Per Dóminum.

DIE XVI. S. BENNONIS
Episc. et Confes. Missa Státuit ei Dóminus. de Com. Conf. Pontif. fol. XIII.

Oratio.

D Eus qui nos beáti Bennónis Pontificis confessióne gloriósa cir-cúmdas, et prótegis: da nobis, et ejus imitatióne proficere, et intercessióne gaudére. Per Dóminum.

Secreta.

S Anctus tuus, quæsumus, Dómine, Benno Confessor, et Póntifex nos ubique lätificet: ut dum ejus recólimus mérita gloriósa, apud Te semper patrocínia sentiámus. Per Dñm.

Postcommunio.

Q Uæsumus, Dómine, salutáribus re-pléti mystériis: ut Sancti tui Benónis Confessóris et Pontíficis, cuius solémnia celebrámus, étiam interces-sione adjuvémur. Per Dóminum.

DIE XXI. COMMEM. S. ALBANI

Mart. Oratio Præsta, quæsumus, o-mnípotens Deus, ut intercedénte, etc. de Comuni unius Martyris non Pon-tificis. fol. V.

DIE XXII. SS. ACHATII ET SOC.

Mart. Missa Sapientiam de Communi Mart. fol. X. Epistola ut die XVIII. Julii. Sancti per fidem fol. 416. Euang. ut die XXX. Videns Jesus. fol. 430.

DIE XXII. SS. DECEM MILLIUM

Martyrum.

Introitus. Psalm. 33.

C Lamavérunt justi, et Dóminus exaudívit eos, et ex ómnibus tribulatióibus eórum liberávit eos.

Psalm. ibid. Benedicam Dóminum in omni tempore: semper laus ejus in ore meo. V. Glória Patri. Oratio.

D Eus, qui ad excitandum passiónis tuæ exémplū, Hermólaum Achá-tium Alexándrum, Marcum, et cum eis decem millia Mártyrum crucis suppli-cium subire fecisti: præsta quæsumus, ut, qui eos venerámur in terris; passiónis tuæ remédia consequámur in cœlis. Per Dóminum.

Deinde fit Commemoratio S. Pauli-ni Episc. Confess. ut in Missali fol. 396. Epistola Sancti per fidem. fol. 416.

Graduale. Exod. 15. Gloriósus Deus in sanctis suis: mirabilis in Majestáte fáciens prodígia. V. Déxtera tua Dómi-ne glorificáta est in virtúle, déxtera manus tua confrégit inimícum. Alle-lúja, allelúja. V. Pie Pastor Hermólae cum grege militum, tu pro nobis ora Deum hódie, ne nos lapsos comprehendat procélla misériæ. Allelúja.

Euang. Cum audiéritis de Com. fol. X. Offertorium. Psalm. 31. Lætámini in Dómino et exultáte justi, et gloriámini omnes recti corde. Secreta.

D Eus, qui largífluo bonitatis tuæ consilio Decē millia Mártyrum,

per crucis supplícium triumpháre fe-cisti: præsta quæsumus; ut præsens sacrificium fiat populo tuo salutáre remédiu, pro quo dignátus es patri tuo, te in ara crucis hóstiam vivéntem imoláre. Qui cum Patre et Spíritu sancto vivis et regnas.

Communio. Sap. 3. Justórum ánimæ in manu Dei sunt, et non tanget illos torméntum mortis, visi sunt óculis insipiéntiū mori, illi autem sunt in pace.

Postcommunio.

D Eus, qui pro nostra omniúmque salúte cálicem passiónis voluísti hauríre, te súpplices exorámus: ut Beatórum decem millium Mártyrum interveniéntibus méritis, salutáris víctimæ sentiámus efféctum, qui pro te non dubitárunt crucis subire torméntum. Qui vivis et regnas.

DIE XXVII. S. LADISLAI

Regis Confessoris. Missa ex XXV. Au-gusti. fol. 453. præter primam Ora-tionem. Oratio.

D Eus, qui beátum Regem Ladislá-dum Confessórem tuum, divérsis decorásti miráculis: præsta quæsumus; ut ejus suffragántibus méritis, ab ómnibus semper muniámur adver-sis, et gáudiis perfruámur æternis. Per Dóminum nostrum.

Pro Hungaria Secreta.
H Ostias piæ placatiónis offérimus cleméntiæ tuæ, omnípotēs Deus: quas beáti Regis Ladislái Confessóris tui méritis et précibus, placátus accípias, et cleménter dispénses. Per Dó-minum nostrum.

Pro Hungaria Postcommunio.

S Acraménta, Dómine, salutária su-méntes, cleméntiam tuam humí-liter exorámus: ut intercessióne beáti Regis Ladislái Confessóris tui et præ-séntibus non destituámur subsídiis, et gáudiis perfruámur æternis. Per Dó-minum nostrum.

DIE XXVII. B. HEMMÆ VIDUÆ.
In universa Diœcesi Gurensi dicenda.

Introitus. Psalm. 15.

Providébam Dóminum in conspectu meo semper, quóniam a dextris est mihi ne commóvear. Propter hoc létatum est cor meum, et exultávit lingua mea: insuper et caro mea requiéscet in spe. **Psalm. ibid.** Consérva me Dómine, quóniam sperávi in te. Dixi Dómino: Deus meus es tu, quóniam bonorum meórum non eges. **V.** Glória Patri.

Oratio.

Da quæsumus Dómine fidélibus tuis hunc charitatis afféctū, ut B. Hemmæ celebritate ferventes nullis implícentur erróribus, nullis adversitatibus affligántur, sed salutáribus proficiant institútis, discant mundi contémptū, vitalibúsque præsidiis adjuvántur. Per Dóminum nostrum.

Epistola Víduas honóra ut habetur in festo S. Monicæ Víduæ die IV. Maji fol. 373.

Graduale. Psalm. 44. Diffusa est grátia in lábiis tuis: propterea benedixit te Deus in æténum. **V.** Propter veritátē et mansuetudinem et justitiam, et deducet te mirabiliter déxtera tua. Alleluja, alleluja. **V.** Spécie tua et pulchritudine tua inténde, próspera procéde, et regna. Alleluja.

Sequentia sacerdi Euangélii secún-dum Matthæum. **Matth. 10.**

In illo tempore: Accédens unus ad Jesū ait illi: Magíster bone, quid boni fáciam, ut hábeam vitam æténam? qui dixit ei: quid me intérrogas de bono? unus est bonus, Deus. Si autem vis ad vitam íngredi, serva mandáta. Dicit illi: quæ? Jesus autem dixit: non homicídium fácies: non adulterabis: non fácies furtum: non fal-sum testimónium dices: honóra Patrē

tuum, et Matrem tuam: et díliges pró-ximum sicut teípsum. Dixit illiadoléscens: ómnia hæc custodívi a juventute mea quid adhuc mihi deest? ait illi Jesus: si vis perféctus esse, vade, vende, quæ habes, et da paupéribus, et habébis thesáurum in cœlo: et ve-ni, séquere me. Cum audísset autem adoléscens verbum, ábiit tristis: erat enim habens multas possessiónes. Jesus autem dixit discípulis suis: amen dico vobis, quia dives difficile intrábit in regnum cœlórum. Et iterum dico vobis: facilius est camélum per forá-men acus transíre, quam dívitem intráre in regnum cœlórum. Audíts autem his, discípuli mirabántur valde, dicéntes: quis ergo pótterit salvus esse? aspíciens autem Jesus dixit illis: apud hómines hoc impossibile est: apud Deum autem ómnia possibilia sunt. **Credo.**

Offertorium. Psalm. 15. Funes cecidérunt mihi in præcláris: étenim hæré-ditas mea præclára est mihi.

Secreta.

Ascéndant ad te Dómine preces nostræ, et tuórum vota fideliū múnera suppliciter oblata concílient: quod etiámsi nostris opéribus non merémur, B. Hemmæ quæsumus intercessióne mereámur. Per Dóminū.

Præfatio.

Per ómnia sæcula sæculórum.

R. Amen etc.

Vere dignum et justum est æquum et salutare, nos tibi semper et ubique grátias ágere. Dómine Sancte, Pater omnípotens æterne Deus. Qui, ut de hoste géneris humáni major pompa duceréatur, non solum per Christum Dóminum nostrum diabólicam destruxisti tyránnidem, nec tantū pro subversióne protoplásti per virilem sexum méritam deceptóri reciprocas ultiónē, sed étiam in Evæ Matri ini-

FESTA JULII.
Dominica proxima post Octav. SS.
Petri et Pauli.

IN FESTO B. JOANNIS DE DUKLA
Confess. P. R. P. Missa Justus, ut pal-ma ex Commun. Confess. non Pont.
fol. XVIII. Oratio.

micum per fæmíneam conditónem retórques jure vindictam: ut qui male in sua Paradísi felicitate fidéntem sexum-utrúmque prostráverat, nunc ab utróque per tuam grátiam calcarétur, quod B. Hemma contémptis mundi illécebris perficiens, quin de fide con-nubii discéderet, eum, quem conjúge hábuit, fecit exémplo cómitem Sanctitatis. Et ídeo cum Angelis, et Archángelis, cum thronis et dominatióni-bus, cumque omni milítia cœlestis exércitus hymnum gloriæ tuæ cánimus sine fine dicéntes, **Sanctus, Sanct.** Communio. **Psalm. 15.** Notas mihi fecísti vias vitæ, adimplébis me létitia cum vultu tuo: delectatiōnes in déxtera tua usque ad finem.

Postcommunio.

Quæsumus virtútum cœlestiū Deus, ut Sacrificia pro B. Hemmæ solemnitate delata, desideriów nos temporaliū dóceant habére contémptum, et ambíre dona fáciant cœlestium gaudiórum. Per Dóminum.

DIE XXIX. COMMEMORATIO

SS. Apostolorum. Oratio.

Da, quæsumus omnípotens Deus: ut beatórum Apostolórum tuórum, quorum hódie commemoratió nem colimus, veneranda solémnitas et devotióne nobis áugeat, et salútem. Per Dóminum.

Secreta.

Apostólici reveréntia cùlminis offre-rentes tibi sacra mystéria, Dómine quæsumus: ut beatórum Apostolórum tuórum suffrágiis, quorum natalitia commemorámus, plebs tua semper et sua vota dépromat, et desideráta percípiat. Per Dóminum.

Postcommunio.

Sanctorum Apostolórum tuórum quæsumus Dómine, supplicatióne placátus; et véniám nobis tribue, et remédia sempitérna concéde. Per Dóminum nostrum.

Dominica Proxima post Octavam SS. Petri et Pauli Apostolorum.

FESTUM SS. PATRONORUM

Regni Sueciæ. Missa Gaudéamus ut habetur die I. Novembr. fol. 496. præ-ter Epistolam Justorum ánime de Comm. plur. Mart. fol. X. et primam Orationem, ut sequitur.

Oratio.

Infirmitatē nostram quæsumus Dómine, propítius respice, et mala ómnia, quæ pro peccatis nostris juste merémur, Sanctórum tuórum hujus Regni Patronórum intercessióne cle-ménter avérte. Per Dóminum.

DIE III. PRO COMMEMORATIONE

Translationis S. Thomæ Apostoli.

Oratio.

Concéde quæsumus plebi tuæ omnípotens Deus: ut quæ beati Thomæ Apóstoli translatione létatur in terris; ejusdē æterna societate perfruátur in cœlis. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio ut in Mis-sali XXI. Decembri fol. 321.

DIE IV. S. UDALRICI

Episc. Confes. Missa Sacerdótes tui de Comm. Conf. Pont. fol. XIV.

Pro Diœcesi Lincensi. Oratio.

Deus, qui cónspicis, quia ex nulla nostra virtute subsístimus: concéde propítius: ut intercessióne beati Udárlici Confessóris tui, atque Ponti-

ficis contra ómnia adverása muniámur. Per Dóminum nostrum.

DIE IV. S. PROCOPII ABBATIS.

Missa Os justi de Comm. Abbatum.
fol. XIX.

Oratio.

Plenam in nobis aetérne Salvátor tuæ virtutis operare medélam, ut, qui præclara B. Procópii Confessóris tui mérita venerámur, ipsius adjúti suffrágiis, a cunctis animárum nostrárum languóribus liberémur. Qui vivis.

Pro Commemoratione S. Udalrici Episc. Confess. Oratio. Da quæsumus ex Missa Státuit fol. XIII.

Secreta.

Accépta tibi sit Dómine, quæsumus hæc oblátio salutáris: ut sicut B. Procópio Confessóri tuo proficit ad honórem, ita nobis fámulis tuis proficiat ad salútem. Per Dóminum.

Postcommunio.

Quod a te, Dómine, descéndit ad nos, ad te, quæsumus, a nobis ascéndat, et intercedénte B. Procópio Confessóre tuo, purifict, quos redémit Jesus Christus Dóminus noster. Qui tecum vivit.

DIE VII. S. PULCHERIÆ VIRG.

Imperatricis.

Introitus. Psalm. 44.

Vultum tuum deprecabúntur omnes dívites plebis: adducéntur Regi vírgines post eam: próximæ ejus adducéntur tibi in lætitia et exultatione.

Psalm. ibid. Eructávit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea Regi. V. Glória Patri.

Oratio.

Deus, qui beatam Pulchériam Vírginem tuam singulári castitatis prærogativa decorásti, quique illi ad defendéndam Ecclésiam tuam sumum fidei amorem tribuere voluisti; concéde, ut ejus intercessióne tibi puris méntibus inhæréntes, ab óm-

nium hóstium insídiis misericórditer liberémur. Per Dóminum.

Léctio Epistolæ beati Pauli Apóstoli ad Corínthios 1. Cor. 7. d.

Fratres, de Virgínibus præceptum Dómini non hábeo: consilium autem do, tamquam misericórdiam consecútus a Dómino, ut sim fidélis, exístimo ergo hoc bonum esse propter instántē necessitatem: quóniam bonum est hómini sic esse. Alligátus es uxóri? noli quærere solutiónen. Solútus es ab uxóre? noli quærere uxórem. Si autem accéperis uxórem, non peccásti. Etsi núnper virgo, non peccávit. Tribulatióne tamen carnis habébunt hujúsmodi. Ego autem vobis parco. Hoc itaque dico, fratres, tempus breve est. Réliquum est, ut et qui habent uxóres, tamquam non habéntes sint.

Graduale. Psalm. 44. Spécie tua, et pulchritudine tua: intende, pròspere procéde, et regna. V. Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam: et dedúcet te mirabiliter déxtera tua.

Alleluja, alleluja.

V. Filiæ Regum in honore tuo, ástitit Regína a dextris tuis in vestitu deaurato, circúmdata varietate. Alleluja.

 Sequéntia sacerdici Euangélii secundum Joánnem. Joan. 17.

In illo témpore: Dixit Jesus, hæc est autem vita aeterna, ut cognoscant te solum Deum verum, et quem misísti Jesum Christum. Ego te clarificávi super terram, opus consummávi, quod dedísti mihi, ut fáciam. Et nunc clarifica me tu Pater apud te metípsum claritaté, quam hábui: prius quam mundus esset apud te. Manifestávi nomen tuum homínibus, quos dedísti mihi de mundo: tui erant, et mihi eos dedísti, et sermónem tuum servavérunt. Nunc cognovérunt, quia

ómnia, quæ dedísti mihi, abs te sunt: quia verba, quæ dedísti mihi, dedi eis, et ipsi accepérunt, et cognovérunt vere, quia a te exívi, et credidérunt, quia tu me misisti.

Offertorium. Judith. 15. 10. Tu glória Hierúsalem, tu lætitia Israel, tu honorificéntia pôpuli nostri; quia fecísti viriliter, et confortátum est cor tuum, eo quod castitatem amáveris.

Secreta.

Accépta tibi sit Dómine sacratæ plenis oblátio pro tuorum honore Sanctórum, quorum se méritis de tribulatióne percepíscit cognoscit auxílium. Per Dóminum.

Communio. Sap. 4. 1. O quam pulchra est casta generatio cum claritaté; immortális est enim memória illius: quóniam et apud Deum nota est, et apud hómines.

Postcommunio.

SAtiásti, Dómine, familiam tuam munéribus sacris: ejus, quæsumus, semper interventione nos réfove, cujus solémnia celebrámus. Per Dóminum nostrum.

DIE VIII. COMMEMORATIO

SS. Kylian et Sociorum Martyrum.

Oratio.

Deus, qui nos Beáti Kylianí Mártyris tui atque Pontificis et sociorum ejus annua solemnitate lætificas: concéde propítius, ut, quorum natalitia colimus, de eorundem étiâ protectione gaudeámus. Per Dóminum.

Secreta.

Offérimus tibi Dómine, sanctórum tuorum Kylianí et sociorum ejus natalitia recolentes solémne sacrificium: supplíciter deprecantes; ut iisdem intervenientibus, nobis ad augmentū salutis aeternæ provenire concédas. Per Dóminum.

Postcommunio.

Coeléstis participatione, Dómine, recreati te suplices exorámus:

ut sicut sanctórum tuorum Kylianí, et sociorum ejus festa celebrare gaudemus, eorum suffragántibus méritis nobis salutare fiat Sacraméntum. Per Dóminum nostrum.

DIE IX. SS. MARTYRUM

Gorcomiensium, in Diœcesi Posnaniens. Plocens. et Varmiens. ad libit. Missa. Intret in conspectu de Communi Mart. fol. IX.

DIE XII. SS. HERMAGORAE

et Fortunati Martyrum. Missa Intret in conspectu de Communi plurim. Martyrum. fol. IX.

Oratio.

Deus, qui nos hodiéra die beatorum Mártyrum tuorum Hermagoræ et Fortunati multiplici facis celebritate gaudere: trübue, quæsumus, eorum nos semper piis defensionibus muniri et orationibus adjuvári. Per Dóminum.

DIE XII. B. ANDREÆ

Rinnensis Innocentis Mart.

Introitus. Psalm. 8.

Ex ore infántium, Deus, et lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos.

Psal. ibid. Dñe, Dóminus noster, quam admirabile est nomen tuum in univerſa terra. V. Glória Patri.

Oratio.

Deus, innocéntiae restitutor, pro cuius nómíne B. Andréas acerbissimæ mortis supplicio a perfidis Iudaëis interemptus est: præsta nobis, quæsumus, ut ejus intercedéntibus méritis, ab hujus vitæ contagiis impolluti ad cœlestē pátriam pervenire valeámus. Qui vivis, et regnas, etc.

Et fit Commem. SS. Naboris et Felicis Martyrum, ut in Missali fol. 411 Léctio libri Apocalypsis beati Joánis Apóstoli.

Apoc. 14.

In diébus illis: Vidi supra montem Sion Agnum stantem, et cum eo

centum quadraginta quatuor millia, habentes nomen ejus, et nomen Patris ejus scriptum in frontibus suis. Et audiui vocem de cœlo, tamquam vocem aquarum multarum, et tamquam tonitru magni: et vocem, quam audivi, sicut citharædorum citharizantium in citharis suis. Et cantabant quasi canticum novum ante sedem, et ante quatuor animalia, et seniores; et nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor millia, qui empti sunt de terra. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coquinati: Virgines enim sunt. Hi sequuntur Agnum quocumque ierit. Hi empti sunt ex hominibus primitiae Deo, et Agno: et in ore eorum non est inventum mendacium: sine macula enim sunt ante thronum Dei.

Graduale. Psalm. 63. Ne avértes fáciem tuam a púero tuo Dómine: Quóniam tribulor, velociter exaudi me.

V. Inténde animæ meæ, et libera eam: propter inimicos meos éripe me. **Alleluja, Alleluja.**

V. Psalm. 112. Laudate pueri Dóminū: laudate nomen Dómini. Alleluja.

Evangeliu A ccessérunt discípuli ut die VIII. Maji fol. 375.

Offertoriu Ps. 85. Deus! iniqui insurrexerunt super me, et synagoga potentiū quæsiérunt animam meam, et non proposuerūt te in conspectu suo.

Secreta.

Munera tibi, Dómine, oblata sanctifica: et intercedente innocente púero, et Mártire Andréa, per hæc nos a peccatorum nostrorum máculis emunda. Per Dóminum nostrum.

Communio. Matth. 18. Quicunque humiliaverit se sicut párvulus iste, hic est major in regno cœlorum.

Postcommunio.

Deus, in cuius contémptum impiissimi Judæi innocéntem puerum,

et Mártrem Andréam acerbissimæ passiónis genus subire fecerunt: da fidibus tuis, ut qui ejus memóriam pie venerantur in terris, tuæ Passiōnis fructum conseguiri mereantur in cœlis. Qui vivis, et regnas.

DIE XV. DIVISIO SS. APOSTOL.

Pro Hungaria.

Introitus. **Psalm. 138.**

Michi autem nimis honorati sunt amici tui, Deus: nimis confortatus est principatus eorum.

Psalm. ibid. Dómine probasti me, et cognovisti me: tu cognovisti sessionem meam, et resurrectiōnem meam.

V. Glória Patri.

Oratio.

Deus, qui Ecclésiam tuam distributam per orbem terrarum, sanctorum Apostolorum prædicatiōne fundasti: concéde propitiū; ut quorum hodierna die, sub una celebritate recolimus insignia, eorum in cunctis necessitatibus nostris experiāmur suffrágia. Per Dóminum.

Epistola Corde enim crèditur ut habetur in festo Andreæ Apost. fol. 311.

Graduale. Psalm. 18. In omnem terram exiit sonus eorum: et in fines orbis terræ verba eorum **V. Ps. ibid.** Cœli enarrant gloriā Dei: et opera manū ejus annuntiat firmamentum, **Allelu. allelu. V. Joh. 15.** Ego vos elégi de mundo, ut eatis, et fructum afferatis, et fructus vester máneat, alleluja.

Sequentia sancti Euangélii secundum Mathæum. **Matth. 10. b**

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Ecce ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, et simplices sicut colubrae. Cavete autem ab hominibus. Tradent enim vos in ciliis, et in synagogis suis flagellabunt

vos: et ad præsides et ad reges ducemini propter me in testimoniū illis, et gentibus. Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini. Non enim vos estis, qui loquimini: sed Spíritus Patris vestri, qui lóquitur in vobis. Tradet autem frater fratrem in mortem, et Pater filium: et insurgent filii in parentes, et morte eos afficiunt. Et eritis odio omnibus propter nomen meum. Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. **Credo.**

Offertoriu Psalm. 44. Constitutes eos principes super omnem terram: mentores erunt nominis tui, Dómine, in omni progénie et generatiōne.

Secreta.

Gloriam, Dómine sanctorum Apostolorum tuorum perpetuam venerantes: quæsumus; ut eam, sacris mysteriis expiati, dignus celebrēmus. Per Dóminum nostrum.

Præfatio de Apostolis.

Communio. Matth. 19. Amen dico vobis: quod vos, qui reliquistis omnia, et secuti estis me, céntuplum accipiétis, et vitam æternam possidēbitis.

Postcommunio.

Quæsumus Dómine, salutibus repletī mysteriis: ut quorum solennia celebrāmus, eorum orationibus adjuvēmur. Per Dóminum nostrum.

Pro Archidiocesi Viennen. Missa Mihi autem, ut habetur in festo SS. Apostolorū Simonis Judæ fol. 492. Solummodo in Orationibus non fit mentio nominum Simonis et Judæ.

Epistola Corde enim crèditur, ut habetur in festo Andreæ Apost. fol. 311. et Euangeliū ut sequitur.

Sequentia sancti Euangélii secundum Marcum. **Marci. 16.**

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Euntes in mundum universum prædicate Euangeliū

omni creaturæ. Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur. Siquid autem eos, qui crediderint, haec sequentur: In nomine meo dæmonia ejicient: linguis loquentur novis: serpentēs tollent: et si mortiferum quid biberint, non eis nocēbit: super ægros manus imponent, et bene habebunt. **Credo.**

In Diœcesi Licensi Missa Mihi autem, ut habetur in festo SS. Apostolorum Petri et Pauli, fol. 403 præter Euang. Euntes in mundum universum, ut supra et primam Orationem quæ sequitur.

Oratio.

Deus, qui in tuorum divisione Apostolorum gentium multitūinem in unitate fidei ad agnitionem tui sancti nominis convocasti: aures tuæ pietatis Ecclesiæ precibus inclina, et concede, ut, quorum prædicatiōne cognovimus; horum obtentu in confessione veritatis tuæ fidéliter firmiter maneamus. Per Dóminum.

In Diœcesi Labacensi Omnia ut in Licensi præter Epistolam Hi viri misericordiae, ut habetur in festo Joannis et Paul. Mart. fol. 399. item Secri. et Postcomm. ut sequitur.

Secreta.

Mitte, quæsumus Dómine, Spíritum Sanctum tuum, qui Sanctorum Apostolorum tuorum linguas ad prædicandum fecit esse disertas, ut et hæc præsentia munera sanctificet, et ad hæc percipienda cordium nostrorum purget habitaculum. Per Dóminum nostrum. in unitate ejusdem Spíritus.

Postcommunio.

Præsta, quæsumus omnipotēs Deus, ut, sicut beatos Apóstolos tuos prædicatio sancta in tota Ecclésia fecit gloriósos, ita, et per hæc Sacra, quæ sumpsimus, eorum nos sequi docemēta; ut et gaudia consequamur

æterna. Per Dóminum nostrum Je-
sum Christum.

In Polonia Missa Mihi autem, uthabe-
tur supra fol. 24. pro Hungaria, præter
Epistolam, Euang. et Postcommun.

Léctio Epistolæ beati Pauli Apóstoli
ad Ephésios. **Ephes. 2. d.**

Fratres, Jam non estis hóspites, et
ádvenæ: sed estis cives Sanctórū,
et Doméstici Dei: superædificáti su-
per fundaméntum Apostolórum, et
Prophetárum, ipso summo angulári
lápide Christo Jesu: in quo omnis
ædificátió constrúcta crescit in tem-
plum sanctum in Dómino, in quo et
vos coædificámini in habitáculum
Dei in Spíritu sancto.

Sequéntia sācti Euangélii secún-
dum Lucam. **Lucæ 9.**

In illo témpore: Convocátis Jesus
duódecim Apóstolis, dedit illis
virtútem et potestátem super ó-
mnia dæmónia, et ut languóres curá-
rent. Et misit illos prædicáre regnum
Dei, et sanáre infirmos. Et ait ad il-
los; Nihil tuléritis in via, neque vir-
gam, neque peram, neque panem, ne-
que pecúniam, neque duas túnicas ha-
beáti. Et in quacumque domum
intravéritis, ibi manéte, et inde ne
exeáitis. Et quicumque non recéperit
vos: exeúentes de civitáte illa étiam
púlverem pedum vestrórum excútite
in testimónium supra illos. Egréssi
autem circuítant per castélla evange-
lizántes et curántes ubique.

Postcommunio.

Percéptis Dómine Sacraméntis sup-
plíciter exorámus: ut intercedén-
tibus beátis Apóstolis tuis, quæ pro il-
lórum veneránda gérimus commo-
ratióne, nobis proficiant ad me-
dálam. Per Dóminum nostrum.

DIE XV. S. DAVIDIS
Abbatis. Missa Os justi: de Comm
Abb. fol. XIX.

DIE XVII. SS. ANDREAE,
et Benedicti Eremitarum Mártyrum.
Missa Sapiéntiam de Com. plur. Mart.
fol. X. Epist. ut habetur XXX. Julii.
Exhibeámus nos metípsos. **fol. 429.**
DIE XVIII. B. SIMONIS DE LIPNICA
Confessoris. Missa Os Justi de Com-
muni Confess. non Pontif. fol. XVII.

DIE XVIII. S. BOTUIDI
Martyris. Missa Lætabitur, de Com.
fol. V. præter Orationem et Euang.

Oratio.

Cordibus nostris, quæsumus Dó-
mine, veræ fidei splendor illúceat:
et beáti Botuidi Mártyris tui salutáris
intercéssio ab instántibus periculis
nos deféndat. Per Dóminum.

Sequéntia sācti Euangélii secún-
dum Joánnem. **Joan. 12. d.**

In illo témpore: Dixit Jesus discípu-
lis suis: Amen, amen dico vobis,
nisi granū fruménti cadens in ter-
ram, mórtuum fúerit; ipsum solū ma-
net. Si autem mórtuum fúerit, multū
fructum affert: Qui amat ánimam suā,
perdet eam: et qui odit ánimam suam
in hoc mundo, in vitam æternā custó-
dit eam. Si quis mihi ministrat, me se-
quátur: et ubi sū ego: illuc et minister
meus erit. Si quis mihi ministráverit,
honorificábit eum Pater meus.

DIE XX. B. CESLAI
Confessoris P. R. P. Missa Os Justi ex
Commun. Conf. non Pont. fol. XVII.
Euang. Designávit Dóminus. ut habe-
tur in festo Lucae Euang. XVIII. Octo-
bris. fol. 486.

Oratio.

Deus, qui beátm Cesláum virgíneo
morum candóre præditum, et
salútis animárum zelo succénsim in
divérsis natiónum pópolis, óperum
sanctitáte, et fidei propagatióne mi-
rábilem effecísti: præsta quæsumus,
ut ejus intercessióne simus semper in
fide stábiles, et ad te, qui solus es æ-

Oratio.

Lætetur Ecclésia tua Deus, B. Pan-
frágiis, atque ejus précibus gloriósis
et devóta permáneat, et secúra consí-
stat. Per Dóminum nostrum Jesum
Christum.

DIE XXXI. S. HELENÆ

Viduæ et Martyris. Missa Me expecta-
vérunt de Com. Mart. fol. XXV. **Epist.**
Mulierem de eodem Com. fol. XXVII.
Oratio et Euangelium ut sequi.

Oratio.

Largire nobis, quæsumus clementís-
sime Deus, intercessióne B. He-
lénæ Mártyris tuæ véniā nostrórum
peccatórum: et quos ejus concédis so-
lémniis gloriári, da ejus précibus glo-
riósis cœlitus adjuvári. Per Dóminum
nostrum.

Sequéntia sācti Euangélii secún-
dum Matthæum. **Matth. 12. d.**

In illo témpore: Loquénte Jesu ad
turbas, ecce mater ejus, et fratres
stabant foris, queréntes loqui ei.
Dicit autem ei quidam: Ecce mater
tua et fratres tui foris stant, queréntes
te. At ipse, respóndens dicénti si-
bi, ait: Quæ est mater mea, et qui
sunt fratres mei? Et exténdens manū
in discípulos suos dixit: Ecce mater
mea, et fratres mei. Quicunque enim
fécerit voluntátem Patris mei, qui in
cœlis est, ipse meus frater, et soror,
et mater est.

FESTA AUGUSTI.

DIE II. S. VINCENTII A PAULO
Confessoris. Missa habetur suo loco
in Missali fol. 417.

DIE II. IN FESTO SS. RELIQUIARUM

Diœc. Seccov. Missa Multæ tribula-
tiones ut in Missali fol. CXVIII. Cum
Commemoratione S. Stephani Papæ
et Mart. ut in loco proprio in Missal.
fol. 433.

DIE IV. S. JUSTINI

Presbyt. et Mart. Missa Lætabitur de Comm. Mart. non Pont. fol. V. Euang. ex Missa Sacerdotes.

DIE V. COMMEMORATIO

S. Oswaldi Reg. et Mart.

In Diœcesi Seccoviensi et Salisburgenzi Oratio Præsta, quæsumus, omnipotens Deus, ut qui Beati de Comm. unius Mart. non Pont. fol. IV. Cum Commemor. S. Paridis Episc. et Confess. Oratio. Da quæsumus. De Comm. Conf. Pontif. fol. XIII.

Pro Diœc. Brix. Oratio.

Deus, qui beatum Oswaldum Mártyrem tuum de terréno Regno ad cœlestis Regni gloriām transtulisti: ejus quæsumus méritis et intercessione, Regis Regum Jesu Christi Filiū tui fáciás nos esse consórtes. Per eundem Dóminum.

Secreta.

Præsta quæsumus omnipotēs Deus, ut sicut beatus Oswaldus Martyr tuus, spretis mundi oblectaméntis, soli Regi Christo placere stúduit; ita ejus oratio nos tibi reddat accéptos. Per eundem Dóminum.

Postcommunio.

Deus, qui beatum Mártyrem tuum Oswaldum mirificasti in terris, et gloriósum in cœlis fecisti, eundē, quæsumus, Ecclésiæ tuæ constitue defensorem. Per Dóminum.

DIE VII. S. OSWALDI

Regis Martyris. Missa In virtute de Com. Martyris non Pontificis. fol. IV. Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, qui hujus díei jucundā sanctamque lætitiam in sancti tui servi Oswaldi solemnitate consecrásti: da cœribus nostris tui amoris tuæque charitatis augmémentum, ut cujus in terris sancti sanguinis effusiónem celebrámus, illius in cœlis collata præsidia sinceris méntibus sentiámus. Per Dóminum.

Pro Commemoratione S. Afræ et Sociorum Mart. Oratio Da nobis quæsumus ut in Comm. Mart. non Virg. fol. XXV.

Pro Commemoratione S. Donati Episc. et Mart. Oratio ut in Missali fol. 438.

Euangelium, Qui vos audit, me audit ut habetur die XXX. Augusti. fol. 458.

Secreta.

Præsentia múnera, quæsumus Dómine, ita serena pietate intuere, ut sancti Spíritus perfundantur benedictio, et in nostris cœribus eam dilectionem infundant, per quam sanctus Martyr Oswaldus omnia tormenta cœporis devicit. Per Dóminum.

Postcommunio.

Sumpsimus Dómine, sancti Mártyris tui Oswaldi solemnitate cœlestia Sacramenta: ejus suffrágii, quæsumus largiáris; ut, quod temporáliter gerimus, æternis gáudiis consequámur. Per Dóminum nostrum.

DIE IX. SS. AFRAE ET SOC.

Martyr. Missa Me exspectavérunt de Communi Mart. non Virg. fol. XXIV.

Oratio Da nobis, quæsumus de Communi plurim. Virg. et Mart. fol. XXV.

Pro Diœc. Linc. Epistola Confitebor tibi Dñe ex Missa Loquébar fol. XX.

Dominica proxima ante Festum Assumpt. B. V.

FESTUM S. HIPPOLYTI

Martyris et Patro. Ecclesiæ Cathedralis Sanhippolytanæ. Missa Lætabitur de Com. Conf. non Pont. fol. V. Oratio Secreta et Postcommunio ut in Missali die XIII. Augusti fol. 443. sed omititur nomen S. Cassiani.

DIE XIII. S. CASSIANI

Episc. et Mart. Patroni Ecclesiæ Brix. Missa Sacerdotes, de Communi unius Mart. Pont. fol. III.

In Missis privatis Commemoratio S. Hippolyti. Oratio habetur in Missali suo loco, sed in singulari exprim.

Léctio Epistolæ Beati Pauli Apóstoli ad Corínthios. 1. Cap. 4.

Fratres: Puto quod Deus nos Apóstolos novissimos osténdit, tamquam morti destinátos: quia spectaculum facti sumus mundo, et Angelis, et homínibus. Nos stulti propter Christum: Vos autem prudéntes in Christo. Nos infirmi: vos autem fortes. Vos nobiles: nos autem ignobiles. Usque in hanc horam et esurímus, et sitiimus, et nudi sumus, et cōlaphis cædimur, et instabiles sumus et laboramus operantes manibus nostris. Maledicimur: et benedicimur. Persecutionem patimur: et sustinémus. Blasphemámur et obsecrámur. Tanquam purgamenta hujus mundi facti sumus, omnium peripsema usque adhuc. Non ut confundā vos, hæc scribo: sed ut filios meos charíssimos móneo. Nam si decem milia pædagogorum habeatis in Christo: sed non multos patres. Nam in Christo Jesu, per Euangeliū ego vos génu. Euangelium Cum persequéntur vos ut in dominica secunda post Pascha. fol. 13. Et dicitur Credo.

Pro Diœcesi Seccoviensi et Salisburgenzi Missa Sacerdotes de Communi Mart. Pont. fol. XII. præter Euangeliū, Cum persequéntur vos ut Dominica secunda post Pasch. in festo S. Cassiani fol. 13. Cum Commem. S. Hippolyti Mart. ut in Missali fol. 443. sed omititur nomen S. Cassiani.

DIE XVI. S. ROCHI

Confessoris. Pro Archidiœcesi Viennensi Missa Justus ut palma de Comm. Conf. non Pont. fol. XVIII. Euangeliū Sint lumbi vestri ex Missa præcedenti fol. XVII.

Pro Diœcesi Sanhippolytanæ.

Oratio.

Deus, qui B. Rocho per Angelū tuum tabulam eidem afferéntem promisisti, ut, qui ipsū invocáverit, a null

lo pestis cruciátu laderétur: præsta quæsumus; ut, qui ejus solémnia celebrámus, ipsius méritis et præcibus a mortifere peste cœporis et animæ liberémur. Per Dóminum.

In Diœcesi Lincensi Missa Os justi de Com. Conf. non Pont. fol. XVII.

In Archidiœc. Pragensi Pro Commemoratione S. Rochi Confess.

Oratio.

Deus, qui gloriósus es in Sanctis tuis, qui que cunctis ad eorum patrocínia confugiéntibus, suæ petitionis salutarem præstas effectum: concéde plebi tuæ, ut intercedente beato Rocho Confessore tuo, quæ in ejus celebritate se devótam exhibet, a languore epidemiac, quam in suo cōpore pro tui nōminis glória constanter passus est, sit libera, et tuo nōmini semper devota. Per Dóminum.

Secreta et Postcommunio ex Missa Justus ut palma de Communi Conf. non Pont. fol. XVIII.

In Polonia Missa ex Communi Abbatū. Oratio Deus, qui gloriósus ut supra.

DIE XVIII. S. CLARÆ

de Monte Falco. Oratio.

Deus, qui beatam Virginem tuam Claram clarificans, in ipsius Cōpore Passiónis Tuæ, et Trinitatis Mysteria renovásti: præsta quæsumus; ejus præcibus et imitatione sic nos Tuæ Passiónis amaritudinem recordári, ut Trinitatis beatitudine pérfrui mereámur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

DIE XIX. S. LUDOVICI, Episcopi Tolosani et Confess. Missa Sacerdotes de Communi Conf. Pont. fol. XIV. præter primam Orationem.

Oratio.

Deus, qui beatum Ludovicum confessorem tuum atque Pontificem cœlesté regnum terréno præpónere docuisti, ac puritaté illibata, et exi-

mia in páuperes charitáte mirábilem efficere dignátus es: concéde nobis fámulis tuis, imitári quem cólimus; ut ejúsdem virtútes aemulántes in terris, coronári cum ipso mereámur in cœlis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

Pro Archidiœcesi Pragensi.

Oratio.

Deus, qui Ecclésiam tuam disposi-
tione mirabili novis semper illú-
stras Sanctórum splendóribus: trübue
quæsumus, ut, qui beáti Ludovici Con-
fessóris tui atque Pontificis solémniis
gratulámur, ad ejus consórtium felí-
citer perducámur. Per Dóminum no-
strum.

Quinta die infra Octav. Assumptionis

B. M. V.

DIE XIX. COMMEMORATIO S. MAGNI
Mart. Oratio. Praesta, quæsumus, omnípotens Deus, ut intercedénte. **de Comm.** unius Mart. non Pontif. fol. IV.

3 Orat. Deus qui corda. fol. XXXIV.

DIE XIX. S. BENIGNÆ

Virginis et Martyris. Missa Loquébar.
de Com. fol. XX. præter Graduale Of-
fert. et Communionem.

Graduale. Psalm. 45. Adjuvábit eam Deus vultu suo: Deus in médio ejus nō commovébitur. **V.** Flúminis ímpetus létificat civitátem Dei: sanctificávit tabernáculum suum Altíssimus. Alleluja, alleluja.

V. Psalm. 44. Adducéntur Regi vírgi-
nes post eam, próximæ ejus afferén-
turi tibi in létitia. Alleluja.

Offertorium. ibid. Diffusa est grátia in lábiis tuis propterea benedixit te Deus in ætérnū, et in sæculum sæculi.

Communio. Math. 25. Quinque pru-
dentes vírgines accepérunt óleum in
vasis suis cum lampáibus: média au-
tē nocte clamor factus est, ecce spon-
sus venit, exite óbviam Christo Dó-
mino.

DIE XX. S. STEPHANI

Regis Confess. Patronique Hungariæ.

Introitus. Psalm. 91.

Justus ut palma florébit, sicut cedrus Libani multiplicábitur: plantátus in domo Dómini, in átriis domus Dei nostri.

Psalm. 36. Noli aemulári in malignán-
tibus: neque zeláveris faciéntes iniqui-
tatem. **V.** Glória Patri. **Oratio.**

Concéde, quæsumus, Ecclésiæ tuæ, omnípotens Deus: ut beátum Stéphanum Confessórem tuum, quem regnántem in terris propagatórem hábuit, propugnatórem habére me-
reátrur gloriósum in cœlis. Per Dñm.
Epistola Beátus vir ut habetur die II.
Septembbris fol. 459.

Graduale. Psalm. 36. Os justi meditá-
bitur sapiéntiam, et lingua ejus loqué-
tur judicium. **V.** Lex Dei ejus in corde
ipsius, et non supplantabúntur gres-
sus ejus. **Alleluja, alleluja.**

V. Psal. 111. Beátus vir, qui timet Dó-
minum: in mandátis ejus cupit nimis,
Alleluja.

Evangeliu Homo quidam nóbilis.
ibid. fol. 460.

Offertorium. Psalm. 20. In virtute tua,
Dómine, létabitur justus, et super sa-
lutare tuum exultábit veheménter:
létificat civitátem Dei: sanctificávit ta-
bernáculum suum Altíssimus. Alle-
luja, alleluja.

V. Psalm. 44. Adducéntur Regi vírgi-
nes post eam, próximæ ejus afferén-
turi tibi in létitia. Alleluja.

Offertorium. ibid. Diffusa est grátia in lábiis tuis propterea benedixit te Deus in ætérnū, et in sæculum sæculi.

Communio. Matth. 24. Beatus servus,
quem cum vénerit Dóminns, invéne-
rit vigilántem: amen dico vobis, su-
per ómnia bona sua constituet eum.

Postcommunio.

Tuére, quæsumus Dómine, famí-
liam tuam: et quam per doctrí-

nam beáti Regis Stéphani Confessó-
ris tui, de ténebris ad veram lucem
convertísti, eam post hujus témporis
decúrsum, percépti sacrificii muními-
ne, cleménter perdúcas ad regna cœ-
lorum. Per Dóminum.

DIE XXIV. S. HYACINTI

Confessoris. Missa Os justi de Com.

fol. XVII. Epistola Spectaculum facti
sumus item Seqr. et Postc. de eodem
Comm. secundo loco fol. XVIII. **Oratio**
propria ut sequitur. **Oratio.**

Deus, qui beátum Hyacínthum Con-
fessórem tuum, in divérsis natió-
num pôpulis óperum sanctitáte et mi-
raculórum glória fecísti conspícum:
da nobis, ut suis in mélius reformé-
mur exémplis, et in advérsis protegá-
mur auxiliis. Per Dóminum nostrum.

DIE XXVII. COMMEMORATIO

S. Ruffi Episc. Martyris.**Oratio.**

Adéstó Dómine supplicatióibus
nostris: ut beáti Ruffi Mártiris in-
tercessiónibus confidéntes, nec minis
adversántium, nec ullo perturbémur
incúrsu. Per Dóminum.

Secreta.

Oblatis, quæsumus Dómine, placá-
re munéribus: et intercedénte
beáto Ruffo Mártire tuo, a cunctis nos
defénde periculis. Per Dóminum.

Postcommunio.

Coeléstibus refécti Sacraméntis et

gáudiis: súpplices te rogámus Dó-
mine; ut, cujus gloriámur triúmphis,
protegámur auxiliis. Per Dóminum.

DIE XXVII. TRANSLATIO

Corporum SS. Hermagoræ, et For-**tonati Martyrum. Missa Intret de Com.****Mart. fol. IV. præter Orationes sequ.****Oratio.**

Deus, qui gloriósas beatórum Má-
tyrum tuórū Hermágoræ, et For-
tonati Relíquias nobis fámulis tuis re-
veláre dignátus es: concéde propitius;

ut qui eárum Reliquiárum translatió-
nem hódie venerándo recólimus, ip-
sorum beatitúdini, te concedénte,
adjúngi mereámur. Per Dóminum.

Secreta.

Respice, quæsumus Dómine, mû-
nera, quæ in Sanctórum Mártý-
rum tuórum Hermágoræ, et Fortuná-
ti translationé offérimus, et ipsórum
intercessióne, tam ad proféctum vitæ,
quam ad ánime salútē consúeta mi-
seratióne provéniant. Per Dóminum.

Postcommunio.

Suméntes Dómine, cœlestis dona
Mystérii, quæsumus: ut Sanctóru
Mártirum tuórū Hermágoræ, et For-
tonáti adjuvémur méritis: quorum
translationem débita veneratióne ce-
lebrámus. Per Dóminum.

Dominica I. post Octavam Assump-
tionis B. V. M.

TRANSLATIO S. CASIMIRI

Confessoris. Missa Os justi de Com-
muni Confess. non Pontif. fol. XVII.

Oratio.

Deus, qui beátum Casimírum de
mundi et carnis victória trium-
phantem, a terréno ad cœlesté Regnū
transtulísti; da quæsumus, ut, qui ejus
hódie memoriā translationis ágimus,
ejúsdem semper in adversitatibus ex-
periámur suffrágia. Per Dóminum.

DIE XXX. S. ROSÆ LIMANÆ.

Missa Dilexisti ex Communi unius
Virginis fol. XXIII. **Oratio.**

Bónorum ómnium largítor omní-
potens Deus, qui B. Rosam cœlé-
stis gratiæ rore prævéntam, Virginit-
atis et pudicitiae decóre Indis flore-
scere voluísti: da nobis fámulis tuis,
ut in odórē suavitatis ejus curréntes,
Christi bonus odor effici mereámur.
Per Dóminum nostrum.

DIE XXX. S. HERMETIS

Martyris. Missa In virtute, de Com-
muni Mart. fol. IV. Euangeliu Si quis

venit. fol. II. Orationes ut in Missali die XXVIII. Aug. fol. 455.

FESTA SEPTEMBERIS.

DIE I. S. V E R E N Æ

Virg. et Mart. in Eccl. Metropolitana Viennensi tantum. Missa Loquebar de Communi Virg. et Mart. fol. XX. Et dicitur Credo.

DIE II. S. NONNOSI ABBATIS.

Missa Os justi de Communi Abbat. fol. XIX. Oratio.

Danobis, æternæ consolatiōnis Pater per preces beati Nonnosi Abbatis pacem et salutem mentis et corporis, ut tuis tota dilectione inhæreamus præceptis, et quæ tibi placita sunt, tota virtute perficiāmus. Per Dóminum nostrum.

DIE IV. TRANSLATIO

S. Entrudis Virg. Missa Dilexisti ut in Commun. Virg. tantum. fol. XXIII. Dominica infra Octavam Nativitatis

B. V. M.

IN FESTO SS. NOMINIS B. V. M.

Pro Diocesi Vilnen. ad libitum. Mis sa Vultum tuum, ut in Missali Romano fol. 462. præter primam Orationem.

Oratio.

Deus, qui gloriósam Matrem tuam nominari Mariam voluisti, concéde quæsumus, ut, qui dulce Mariæ Nomen implorant, perpétuum séniant tuæ benedictiōnis effectum. Qui vivis et regnas.

DIE IX. S. CORBINIANI

Episc. et Confes. Missa Státuit ut in Comm. Conf. Pont. fol. XIII. Comm. Oct. Nativ. B. M. V. et S. Gorgonii Mart. ut in Missali fol. 463.

DIE XI. S. DANIELIS

Prophetæ Confessoris.

Introitus. Psalm. 118.

Oquébar de testimoniis tuis in conspéctu Regū et non confundébar, et meditábar in mandatis tuis, quæ diléxi nimis.

Psalm. ibid. Beati immaculati in via, qui ámbulant in lege Dómini. V. Glória Patri, etc. Oratio.

Deus, qui nos beati Daniélis Prophétæ Confessoris tui ánnua solemnité laetificas: concéde propitiū, ut, cuius natalitia cólimus, etiā actioñes imitémur. Per Dóminum.

Epistola. In diébus illis: Congregati sunt Babylónii. ut feria tertia post Dominicam passionis fol. 110.

Graduale. Psalm. 91. Justus ut palma florébit: sicut cedrus libani multiplicabitur in domo Dómini. V. Ad annuntiandū mane misericordiā tuam, et veritatem tuam per noctem. Alleluja Alleluja.

V. Jacob. c. 1. Beatus vir, qui suffert tentatiōnem: quóniam, cum probatus fúerit, accipiet corónam vitæ. Alleluja.

Euangel. Cum vidéritis abominatiōnem ut Dominica xxiv post pentecosten fol. 303.

Offertorium. Daniel. c. 9. Orávi Deum meum ego Dániel dicens: Exaudi Dómine preces servi tui: illúmina fáciē tuam super sanctuárium tuū, et propitiū intende pópulum istum, super quem invocatū est nomen tuum, Deus.

Secreta.

Laudis tibi Dómine hóstias immolamus in tuorum commemoratione Sanctórum, quibus nos et præsentibus exui malis confidimus, et futuris. Per Dóminum.

Communio. Matth. 24. Beatus servus, quem, cum vénérerit Dóminus, invénerit vigilántem: Amen dico vobis, super ómnia bona sua constituet eum.

Postcommunio.

Refécti cibo potuque cœlesti, Deus noster, te supplices exorámus: ut, in cuius hæc comemoratiōne percépimus, ejus muniámur et præcibus. Per Dóminum.

DIE X. S. DALMATII MART.

Introitus Psalm. 20.

Tun virtute tua, Dómine, lœtabitur justus; et super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium animæ ejus tribuisti ei.

Psalm. ibid. Quóniam prævenisti eum in benedictiōnibus dulcedinis: posuisti in capite ejus corónam de lápide pretioso.

V. Glória Patri.

Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, fidélium tuorum indeficiens conservátor, qui gloriósi martyris tui Dalmatii clarificare dignátus es solemnitatem: exaudi preces supplicantis Ecclesiæ, et præsta, ut, quæ devóte expetit, eo suffragante consequi mereatur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum.

Epistola. Charissime, memor esto Dóminum Jesum Christum. de Communi unius Martyris fol. V.

Graduale. Psalm. 20. Glória et honore coronasti eum. V. Et constituisti eū super opera manuum tuarum, Dómine. Alleluja, Alleluja.

V. Joan. 8. Qui séquitur me, non ámbulat in ténebris, sed habébit lumen vitæ æternæ. Alleluja.

Euangelium. Si quis vult post me venire. de Comuni unius Martyris Pontificis fol. III.

Offertorium. Psalm. 20. In virtute tua Dómine lœtabitur justus, et super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium animæ ejus tribuisti ei.

Secreta.

Muneris nostris, quæsumus Dómine, precibusque suscep̄tis: et cœlestibus nos munda mystériis, et clementer exaudi. Per Dóminum.

Communio. Matth. 16. Qui vult venire post me, abneget semetipsum: et tollat crucem suam, et sequatur me.

Postcommunio.

Refécti participatiōne muneris sacri, quæsumus Dómine Deus noster: ut cujus exequimur cultum, intercedente beato Dalmatío martyre tuo, sentiámus effectum. Per Dóminum nostrum.

DIE XVI. S. LUDMILLÆ

Viduæ Martyris.

Introitus.

Psalm. 118.

Ver exspectaverunt peccatores, ut pérderent me: testimonia tua Dómine, intelléxi: omnis consummatiōnis vidi finem: latum mandatum tuum nimis.

Psalm. ibid. Beati immaculati in via: qui ámbulant in lege Dómini. V. Glória Patri.

Oratio.

Adjuvent nos, quæsumus Dómine, preces et mérita sanctae Ludmillae Martyris tuae: ut ejus vestigiis inhaerentes, in fide inveniámur stables, et in sanctis opéribus efficaces. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio SS. Euphemiae Luciae et Geminiani Martyrum ut in Missali fol. 467.

Epistola, Graduale, Euangeliū, et Offertoriū ex Missa Cognovi fol. XXVII. Secreta.

Muneris quæsumus Dómine, oblata sanctifica, et sicut beatæ Ludmillae Martyri tuae horam sui oblitus praestolanti sumpta profuerunt, ita nobis nunc, et in hora mortis nostræ, méritis ejus prôficiant ad salutem. Per Dóminum.

Communio. Psalm. 18. Príncipes persecuti sunt me gratis, et a verbis tuis formidavit cor meum: laetabor ego super elóquia tua, quasi qui invenit spolia multa.

Postcommunio.

Sumpto viatico spirituáli, quæsumus Dómine Deus: ut sicut hoc

Sacraméntum beatae Ludmillae Mártyri tuae non défuit ad glóriam, ita nobis non desit ad véniam. Per Dóminum.

DIE XIX. S. LANTPERTI
Episcopi et Confessoris. Missa Sacerdotes tui de communi Confess. Pont. fol. XIV.
Dominica proxima Post Fest. S. Matthæi.

FESTUM RELIQUIARUM
in Ecclesia Upsalensi. Missa Multæ tribulatiónes Justórum ut in fine Mis salis fol. CXVIII. Oratio.

Propitiáre quæsumus Dómine famulis tuis, per mérita gloriósæ Virginis Maríæ, et beatórum Mártyrū Lauréntii, Eríci, et ómnium Sanctórum tuórum, quorum Relíquiæ in hac continéntur Ecclésia, ut eórum pia intercessióne ab ómnibus semper protegámur adverásis. Per Dóminum.

Dominica Post Festum S. Matthæi Apost.

Ex indultu SS. D. N. Benedicti PP.
FESTUM B. LADISLAI
de Gielnov. Conf. R. P. ac M. D. L. P.
Missa Justus ut palma ex Com. Conf. non. Pont. fol. XVIII. Oratio.

Déus, qui beátum Ladisláum religiósa perfectione voluísti ómnibus prælucrére, concéde propítius, ut ejus exémplo in virtútibus júgiter proficiámus. Per Dóminum.

DIE XXIV. TRANSLATIO S. RUPERTI
Episc. Confessoris. Missa ut in die obitus XXVII. Mart. fol. 9. Oratio.

Propitiáre, quæsumus, Dómine nobis famulis tuis, per S. Rupérti Confessoris tui, atque Pontificis solémnia gloriósa: ut ejus pia intercessióne ab ómnibus protegámur adverásis. Per Dóminum.

Et dicitur Credo.

DIE XXIV. SS. TYRSI, PALMATHI, et Sociorum Martyr. In Diocesi Uladislav. Missa Lætabitur de Com. Mart. non Pont. fol. V. præter sequentia.

Oratio.

O Mnípotens sempiterne Deus, qui beátum Tyrsum, Palmátum, et Sórios pro confessióne nóminalis tui fortes in certámine fecisti, et eos per martyrii palmam sanctis tuis in cœlis sociasti, præsta quæsumus, ut qui martyrii eórum diem ánnua devotio ne recólimus, ipsórum intercessióne in confessióne fidei simus stábiles, et in bonis opéribus efficáces. Per Dóminum nostrum.

Epistola. Omne gáudium existimáte. ibid. fol. VI.

Evangeliu. Nihil est opértum, quod non revelábitur. de Communi unius Martyris. fol. IV.

Offertorium. Psalm. 8. Glória et honore coronásti eum: et constituísti eū super ópera mánuum tuárum, Dñe.

Postcommunio. Da quæsumus de eodem Com. fol. V.

DIE XXIV. S. GERARDI
Episcopi et Martyris. Missa Státuit de Com. Pont. Mart. fol. II. præter Orationes hic assignatas.

Oratio.

Déus, qui beátum Gerárdum Pontíficem, agónie Martyrii et stola immortalitatis coronásti: concéde propítius; ut cujus memóriam devótis méntibus celebrámus in terris, ejus perpétua defensióne muniámur in cœlis. Per Dóminum.

Secreta.

O Bláta, Dómine, múnera sanctífi ca: et intercessióne beati Gerárdi Martyris tui atque Pontificis, ab ómnibus nos défende periculis. Per Dóminum.

Postcommunio.

S Atiásti Dómine familiam tuam pre tiosissimi Córporis et Sanguinis

Fílii tui libámine: praesta quaesumus; ut intercessióne beati Gerárdi Mártyris tui atque Pontificis, nobis proficiat ad salútem mentis et cōporis. Per eúndem Dóminum.

Pro Dioces. Linc. Missa Sacerdótes. fol. III.

Oratio. Deus, qui beátum Gerárdum ut supra.

DIE XXV. S. MARIÆ
de Cervellione Virg. Missa Dilexisti de Communi Virg. fol. XXIII.

Oratio.

Déus, qui nos cónspicis in tot pe riculis constitutos, pro nostra fragilitate non posse subsistere: concéde de propítius; ut, intercedente beata Maria fámula tua, de praeséntis vitae flúctibus educti, ad aetérnae salutis portum pervenire valeámus. Per Dóminum, etc.

DIE XXVI. TRANSLATIO

S. Virgilii Episc. Confessoris. Missa Státuit ut in Com. Conf. Pontificis fol. XIII.

Commemoratio SS. Cypriani et Justinæ Mart. in Missis privatis tantum. ut in Missali Romano. fol. 474. Sine Credo.

DIE XXVI. S. JOSAPHAT
Episc. Martyris. Missa Státuit de Com. unius Mart. Pont. fol. II.

Oratio.

O Mnípotens sempiterne Deus, qui B. Jósaphat palma martyrii condecorando, Ecclésiae Cathólicae novū apud te intercessore providisti, quæsumus, ut ejus méritis et auxilio, a malis ómnibus liberáti tuo nómini studiosius serviámus. Per Dóminum.

DIE XXVII. TRANSLATIO

S. Stanislai Episcopi et Martyris. Missa Státuit de Com. Mart. Pont. fol. II. Epistola et Euang. ut die XXIII. Aprilis fol. 10.

Orationes ut in Missali. fol. 374.

DIE XXVIII. S. VENCESLAI
Martyris Missa. Lætabitur de Comm. fol. V. præter Epistolam Communícantes. fol. 394. et Orationem sequentem.

Oratio.

Déus, qui beáti Venceslái nobilitatem in meliorem mutásti dignitatem, et eum per martyrii palmam ad cœlestem perduxisti glóriam, ejus précibus nos, quæsumus, ab omni adversitate libera, et aeternæ beatitudinis concéde pérfrui glória. Per Dóminum nostrum.

FESTA OCTOBRI.

DIE VI. SS. MARTYRUM
Trevirensium. Missa Sapiéntiam de Com. plur. Mart. fol. X. Et dicitur Glória, et Credo.

DIE X. S. GEREONIS
et Sociorum Martyrum.

Introitus. Psalm. 33.
C Lamavérunt justi, et Dóminus exaudívit eos: et ex ómnibus tribulatióibus eórum liberávit eos.

Psalm. ibid. Benedic Dóminum in omni tempore: semper laus ejus in ore meo. V. Glória Patri.

Oratio.
D éus, qui hunc diem mártirum tuórum Gereónis sociorūmque ejus passióne consecrásti: praesta quæsumus; ut eórum suffrágia apud te sentiámus in cœlis, quorum hic solémnia pio amóre venerámur in terris. Per Dóminum nostrum.

Léctio libri Apocalypsis beati Joán nis Apóstoli.

Apoc. 7. c.
IN diébus illis: Respóndit unus de seniöribus, et dixit mihi: Hi, qui amicti sunt stolis albis, qui sunt? et unde venérunt? Et dixi illi: Dómine mi, tu scis. Et dixit mihi: Hi sunt, qui venérunt de tribulatióne magna, et lavérunt stolas suas, et dealbavérunt eas in sanguine Agni. Ideo sunt ante thronum

Dei, et sérviunt ei die ac nocte in templo ejus: et qui sedet in throno, habbitábit super illos. Non esúrent, neque sítient amplius, nec cadet super illos sol, neque ullus aestus: quóniam Agnus, qui in médio throni est, reget illos et dedúcet eos ad vitæ fontes aquarum, et abstérgat Deus omnem lácrymam ab oculis eorum.

Graduale. Psalm. 78. Víndica Dñe sanguinem Sanctórum tuórum qui effusus est. V. Posuérunt mortália servórum tuórum Dómine, escas volatílibus cœli: carnes Sanctórum tuórum béstias terræ. Allelúa, Allelúa.

V. **Psalm. 67.** Justi epuléntur, et exultent in conspéctu Dei: et delecténtur in lætitia. Allelúa.

Euang. Descéndens Jesus de monte. de Com. fol. XI.

Offertorium. Psalm. 149. Exultábunt Sancti in glória, lætabúntur in cubilibus suis: exaltationes Dei in fáucibus eorum. Allelúa.

Secreta.

Munera tibi, Dómine, nostrae de votiónis offérimus: quæ et protuorum tibi grata sint honore justorum, et nobis salutária, te miserante, reddántur. Per Dóminum etc.

Communio. Psal. 78. Posuérunt mortália servórum tuórum Dómine escas volatílibus cœli: carnes Sanctórum tuórum béstias terræ: secúndum magnitudinem bráchii tui pósse filios morte punitórum.

Postcommunio.

Dócus, qui nos et cœlestibus páscre Sacraméntis, et sanctórum Mártyrum tuórum Gereónis sociorúmque ejus non désinis fovére suffrágii: præsta quæsumus; ut quod illis ad gloriā contulisti, ad nostrae proposit frigilitatis auxilium. Per Dóminum nostum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat, etc.

DIE X. GRATIARUM ACTIO
pro Victoria de Turcis obtenta. Missa ex votis de SS. Trinitate. fol. XXX.

Oratio.

Dócus, qui in summis Regni nostri periculis, antiqua bráchii tui miracula renovásti, suscipe gratiarum actiones exultantium populórum, et quibus tanti gaudii causam præstitisti, perpetuæ fructū concéde lætitiae. Per Dóminum nostrum.

Secreta. Odórem Dómine.

Postcommunio. Deus, qui néminem in te sperántem, ut post Votivam de SS. Trinitate ponuntur. fol. XXXII.

Post X. Octobris feria non impedita.

S. LUDOVICI BERTRANDI

Conf. non Pontif. Missa Os justi de Com. Conf. non. Pont. fol. XVII.

Oratio.

Dócus, qui Beátum Ludovicum confessore tuum per corporis mortificationem et fidei præcónē Sanctórum glória coæquásti: præsta, ut quod fide profitémur, pietatis opéribus júgiter impleámus. Per Dóminum.

DIE XI. S. JUSTINÆ

Virginis et Mart. Missa Loquébar de Com. Virg. et Mart. fol. XX.

Oratio.

Dócus, qui nos ánnua beatæ Justinæ Virginis, et Mártyris tuæ solemnité lætificas: da, ut, quam venerámur officio, etiam piæ conversationis sequámur exémplo. Per Dóminum.

DIE XI. S. GEREONIS

et Soc. Mart. Missa Intret in conspéctu tuo de Com. plurim. Mart. fol. IX.

Pro Diœc. Linc. Oratio.

Dócus, qui, nos ánnua sanctórum Mártyrum tuórum Gereónis et Sociorúm ejus solemnité laetificas: concéde propítius; ut, quorum gaudemus méritis, accendámur exémplis. Per Dóminum, etc.

Pro Diœcesi Seccov et Salisburg. Mis-

sa Salus autem ut in Com. plurim. mart. fol. XI. Euang. Cum audiératis. ibid. fol. X.

DIE XII. S. MAXIMILIANI

Episcopi et Martyris. Missa Sacerdotes Dei de Com. un. Mart. Pont. fol. III. Euangelium Si quis venit ex Missa Státuit. fol. II.

DIE XIII. S. COLOMANI

Mart. Missa Lætabitur justus de Com. Mart. non Pont. fol. V. Euangelium Si quis vult post me venire. fol. III.

Pro Diœcesi Lincensi. Missa In virtute. fol. IV.

DIE XV. S. HEDVIGIS VIDUÆ.

Introitus.

CAudeámus omnes in Dómino, diem festum celebrantes sub honore beatæ Hedvigis: de cuius solemnité gaudent Angeli, et collaudant Fílium Dei. Psalm. 44. Eructávit cor meū verbum bonum: dico ego ópera mea Regi.

V. Glória Patri.

Oratio.

Dócus gratiæ dator et gloriæ tuæ nobis propitius sensum pietatis áperi et præsta: ut, qui manéntem civitatem hic non habémus, ad futuram, quam quærimus, beatæ Hedvigis interveniente suffrágio, perducámur. Per Dóminum nostrum.

Epist. Mulierem fortem. Grad. Diffusa. Euang. Símile est regnum cœlorum thesáuro abscondito ex Com. fol. XXVII.

Et dicitur Credo.

Offertorium. Psalm. 44. Filiæ Regum in honore tuo, ástitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate.

Secreta.

ACcepta tibi sit, Dómine, sacratæ plebis oblátio, pro tuorum honore Sanctórum: quorum se méritis de tribulatiōne percepisse cognoscit auxilium. Per Dóminum.

Communio. ibid. Diffusa est grátia in

labiis tuis, propterea benedixit te Deus in ætérnum. **Postcommunio.**

Sumpta, quaesumus omnípotens Deus, hóstia salutáris ab adyérsis nos ómnibus tueátur incúrsibus: et post hujus labóres exílii, beatæ Hedvigis intervenientibus méritis, ducat ad réquiē opuléntam. Per Dóminum.

DIE XVI. S. GALLI ABBATIS.

Miss. Os justi de Com. Abb. fol. XIX. **DIE XVI. S. BRUNONIS**

Episcopi Mart. Apostoli Prussiæ. In Diœcesi Varmensi et Sambiensi. Missa Státuit de Communi unius Martyris Pontif. fol. II.

Oratio.

Misericordissime Deus, pro cuius fidei propagatiōne S. Bruno Episcopus et Martyr, in his terris sanguinem liberáliter effudit, miserere animarum populi tui, eásque a culpis et pœnis liberas in Sanctórum tuórum númerum misericordissime inseras. Per Dóminum nostrum.

DIE XX. S. VITALIS

Episc. Confess. Missa Sacerdotes tui. ut in Com. Conf. Pontif. fol. XIV. sed. **Orat. Secret.** et Postcomm. accipiantur ex Missa. Státuit. fol. XIII.

DIE XX. FESTUM TRANSLATIONIS

S. Adalberti Episcopiet Martyris. Missa Státuit de Com. Pont. Mart. fol. II. Epistola Benedictus Deus de eodem Com. fol. III. **Orationes ut in ejus Feste. XXIII. Aprilis fol. 10.**

DIE XXI. SS. URSULAE et Sociarum Virg. Mart. Pro Archidiœc. Vien.

Introitus Psalm. 118. **M**E expectavérunt peccatóres, ut pérderent me: testimonia tua Dómine intelléxi: omnis consummatiōnis vi di finem: latum mandatū tuum nimis. **Psal. ibid. Beati immaculati in via, qui ámbulant in lege Dómini.**

V. Glória Patri.

Orationes ut in Missali fol. 489.

Epistola De Virgínibus autem præcēptum non hábeo **fol. XXIV.**

Graduale. Spécie tua et pulchritudine tua inténde, pròspere procéde, et regna.

V. Propter veritátem, et mansuetudinem, et justitiam, et dedúcet te mirabiliter dexterá tua. **A** lelúja, Allelúja.

V. Adducéntur Regi vírgines post eam, próximæ ejus afferéntur tibi in lètitia. Allelúja.

Evangelium Símile erit regnum cælorum decem virgin. **ibid. fol. XXIII.**

Offertorium. Filiæ regum in honore tuo: ástitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circúmdata varietate.

Communio. Quinque prudéntes Vírgenes accepérunt óleum in vasis suis cum lampádibus: média autem nocte clamor factus est, ecce sponsus venit, exite óbviam Christo Dño.

Pro Polonia Introitus.

Gaudeámus omnes in Dño, diem festum celebrantes sub honore undecim millium Vírginum: de quārum passióne gaudent Angeli, et collaudant Fílium Dei.

Psalm. 32. Exultáte justi in Dómino: rectos decet collaudatio.

V. Glória Patri.

Orationes ut in Missali fol. 489.

Epistola. De Virgínibus ut in Com. Virg. fol. XXIV.

Graduale. Psal. 149. Exultábunt Sancti in glória: lètabúntur in cubilibus suis.

V. Cantáte Dómino cáanticum novum: laus ejus in Ecclésia Sanctórum. Allelúja, allelúja.

V. Psalm. 44. Adducéntur Regi vírgenes post eam: próximæ ejus afferéntur tibi in lètitia. Allelúja.

Evangelium Símile erit regnum cælorum decem virgínib. **ibid. fol. XXIII.**

Et dicitur Credo.

Offertorium. Psalm. 44. Afferéntur Re-

gi vírgenes post eam: próximæ ejus afferéntur tibi.

Communio. Matth. 25. Quinque prudéntes vírgenes accepérunt óleum in vasis suis cum lampádibus: média autem nocte clamor factus est, ecce sponsus venit, exite óbviam Christo Dño.

Pro Hungaria Introitus.

Gaudeámus omnes in Dño: diem festum, celebrantes, sub honore sanctarum Vírginum, et Mártyrum: de quarum passióne gaudent Angeli, et collaudant Fílium Dei.

Psalm. 32. Exultáte justi in Dómino: rectos decet collaudatio.

V. Glória Patri, etc. **Oratio.**

Omnipotens sempitérne Deus, qui infirma mundi éligris ut fórtia quæque confúndas: da nobis quæsumus, de beatæ Ursulæ ac Sociarum ejus festivitaté gaudere; ut poténtiam tuam in eárum passióne laudare, et concéssum nobis percípere mereámur auxílium. Per Dóminum.

Epistola De Virgínibus **fol. XXIV.**

Graduale. Psalm. 44. Dilexísti justitiam, et odísti iniquitatem. **V.** Propterea unxit te Deus, Deus tuus, óleo lètitiæ. Allelúja, allelúja. **V.** Adducéntur Regi vírgenis post eam: próximæ ejus afferéntur tibi in lètitia. Allelúja.

Evangelium Símile erit regnum cœlorum decem virgínibus: **fol. XXIII.**

Offertorium. Psalm. 44. Afferéntur Regi vírgenes post eam: próximæ ejus afferéntur tibi in lètitia et exultatione: adducéntur in templum Regi Dómino.

Secreta.

Concede quæsumus, omnipotens Deus, ut hujus Sacrificii munus oblátum, fragilitatē nostram ab omni malo purget et muniat: ut sanctarum Vírginum Ursulæ et Sociarum ejus méritis, et précibus, ab omnibus malis eruámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum.

Communio. Psalm. 418. Confundantur supérbi, quia injúste iniquitatem cérunt in me: ego autem in mandatis tuis exercébor, in tuis justificatiōnibus, ut non confúndar.

Postcommunio.

Munera tua nos, Deus, supplicatiōne sanctarum Vírginum et Mártyrum, Ursulæ ac Sociarum ejus, a dellectatiōnibus terrénis expédiant; et cœlestibus nos semper instáurent aliméntis. Per Dóminum.

Pro Diocesi Lab. Missa Loquébarut in Festo SS. Agapis, et Sociarum Virg. Mart. mutato nomine die III. Martii fol. 7.

DIE XXII. S. CORDULÆ VIRGINIS et Matryris. Missa Loquébar de Com. Virg. Martyris fol. XX.

Oratio.

Prosit plebi tuæ, omnipotens Deus, beátæ Córdulæ Vírginis et Mártyris tuæ veneranda festivitas: ut, cuius gaudet honore, protegáatur auxilio. Per Dóminum.

Evangelium Accessérunt ad Jesum Pharisæi ut habetur in festo. **S. Agathæ. fol. 345.**

Secreta.

Sacrificiis præsentibus, Dñe quæsumus, intercedente beátæ Córdula Vírgine et Mártyre tua, inténde plácatus; ut et devotio nostre proficiant, et saluti. Per Dóminum.

Postcommunio.

Quæsumus omnipotens Deus, ut intercedente beátæ Córdula Vírgine et Mártyre tua, illius salutáris capiamus effectum, cuius per hæc mystéria pignus accépimus. Per Dóminum.

DIE XXIII. S. SEVERINI Episc. et Conf. Missa Státuit ut in Comm. Conf. Pont. fol. XIII.

DIE XXIII. S. JOANNIS A CAPISTRAN. Confessoris. Missa Justus ut Palma de mmuni Confessoris non Pontificis XVIII.

Oratio.

Deus, qui Ecclésiam tuam B. Joán-nis a Capistráno méritis et doctri-nismirabiliter sublimásti, et per eum de perfidis tyránnis in virtute SS. nóm-inis Jesu fidéles tuos triumpháre fecisti, præsta quæsumus, ut de inimicis nostris ejus intercessiōne prævaléntes in terris, præmiari cum ipso me-reámur in cœlis. Per Dóminum.

Pro Archidiœcesi Olmucensi Missa Os justi Comm. de Confess. non Pont. fol. XVII. Oratio propria ut sequitur.

Oratio.

Deus, qui beátum Joánnem Confes-sórem tuum, innúmeris decorásti miraculis, et per invocationē tuæ sanctissimi nómini fecisti de sævis-sima Turcárum gente triumpháre: præsta quæsumus, ut méritis ipsius et precibus ab omnibus semper protegámur adversis. Qui vivis et regnas in unitate.

Dominica IV. Octobris.

S. JOANNIS CANTII.

Conf. Mis. Justus ut Palma de Com. Conf. non Pontif. fol. XVIII

In Polonia **Oratio.**

Deus, tuorum glória Sanctórum, præsta quæsumus, ut per intercessiōnem B. Joánnis Cántii ab omnibus liberémur malis ánime, et cörporis, et ad vitam perveniamus sem-piternam. Per Dóminum nostrum.

Vel,

Deus castarum méntium, et cörpo-rum summa pulchritudo, et on-nis sciéntiæ fons et origo, concéde mi-sericors, ut B. Joánnis Cántii, cuius hodie festivitatē colimus, et qui tuæ majestati semper casta mente et cörpore plácuit, et sacræ doctrinæ famu-latus est obséquio, ejus suffragante patrocínio pura tibi mente et cörpore serviámus, et cibo cœlestis doctrinæ pasti, in vitam nutriámur æternam.

Vel,

DA quæsumus omnipotens et misericors Deus, ut B. Joannis Confessoris tui exemplo misericordiam aliis exhibentes, meritis ejus apud te misericordiam consequamur. Per Dominum nostrum.

DIE XXV SS. CHRYSANTHI et Dariæ Martyr. Pro Diœc. Linc. et Sanhipp. Missa Sapiéntiam de Com. plurim. Mart. fol. X.

DIE XXV. SS. MARTYRUM Crispini et Crispinianni. Pro Archidiœc. Olmucensi Mis. Intret ut habetur in Missali in festo SS. Chrysantii et Dariæ fol. 489.

Oratio.

Deus, qui nos animæ sanctorum Martyrum tuorum Crispini et Crispinianni solemnitate laetificas: concorde propitiis; ut, quorum gaudemus meritis, accendamur exemplis. Per Dominum nostrum.

Pro Comemoratione SS. Chrysanthi et Dariæ Oratio Beatorum Martyrum Secreta Pópuli tui Postcomm. Mysticis ibid. fol. 489.

Secreta.

Oblatis, quæsumus Domine placare muneribus, et intercedentibus sanctis tuis Crispino et Crispiniáno a cunctis nos defende periculis. Per Dominum nostrum.

Postcommunio.

Hæc nos communio Domine, purget a crímine: et intercedentibus sanctis Martyribus tuis Crispino et Crispiniáno, cœlestis remédii faciat esse consortes. Per Dominum.

DIE XXV. SS. MARTYRUM

Chrysanthi et Dariæ, Crispini et Crispinianni. Pro Diœc. Secc. et Salisb. Mis. Sapiéntiam ut in Comm. plurim Mart. fol. X.

DIE XXV. S. DEMETRII

Martyris. Missa In virtute tua ut in Comm. unius Mart. non Pont. fol. IV.

Oratio.

Deus, qui beatum Demetrium Martyrem tuum, virtutum signis clarificas: ejus nos quæsumus interveni, a cunctis reatibus, et a malis, quæ pro eis meremur, absolve propitius. Per Dominum nostrum.

Pro Hungaria Secreta.

Munera nostra, Domine, meritis beati Demetrii Martyris, tibi quæsumus reddantur accepta: et nosmet ipsi gratum tibi efficiamur sacrificium. Per Dominum nostrum.

Pro Hungaria Postcommunio.

Purifecit nos, quæsumus Domine, cœlestis mensæ libatio: et intercedente beato Demetrio Martyre tuo, ad vitam nobis proficiat sempiternam. Per Dominum nostrum.

DIE XXVI. TRANSLATIO S. Amandi Episc. et Confessoris. Missa Sacerdotes tui ut in Comm. Confessoris Pont. fol. XIV.

DIE XXIX. S. NARCISSI Episcopi et Confessoris. Missa Stäit de Communi Confessoris Pontificis fol. XIII.

Oratio.

Exaudi, quæsumus Domine, preces nostras, quas in B. Narcissi Confessoris tui atque Pontificis solemnitate deférimus: et qui tibi digne meruit famulári, ejus intercedentibus meritis, ab omnibus nos absolve peccatis. Per Dominum nostrum.

DIE XXXI. S. WOLFGANGI Episcopi et Confessoris. Missa Sacerdotes tui ut in Comm. Conf. Pontificis fol. XIV.

Oratio.

Deus, qui nobis æternæ salutis Beatum Wolfgangum Episcopum, ministrum tribuisti: praesta quæsumus, ut quem Doctorem vitæ habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in cœlis. Per Dominum.

Pro Archidiœc. Olmuc. Oratio.

Fac nos, quæsumus Domine Deus noster, beati Leonardi abbatis intercessiōibus a cunctis mundi perturbationibus respirare: ejusque obtemtu, tam præsentis vitæ subsidia, quam æternæ beatitudinis præmia reperire. Per Dominum.

Secreta.

Benedictio tua Domine, beati Leonardi Confessoris tui intercessione, super has hóstias descéndat, quæ et sanctificationem in nobis clementer operetur, et beatæ immortalitatis nobis dona conciliat. Per Dominum.

Postcommunio.

Sancti Leonardi Confessoris tui Domine, precibus confidéntes, quæsumus clementiam tuam: ut per ea, quæ sumpsimus, æterna remédia capiamus. Per Dominum.

DIE X. TRANSLATIO S. LUDMILLÆ**Viduae Martyris.****Introitus. Psalm. 118.**

Me expectaverunt peccatores, ut pérderent me: testimonia tua Domine intellexi: omnis consummatiōnis vidi finem: latum mandatum tuum nimis.

Psalm. ibid. Beati immaculati in via, qui ámbulant in lege Domini.**V. Glória Patri.****Oratio.**

Concede, quæsumus, plebi tue, omnipotens Deus, ut, quæ B. Ludmillæ Martyris tue translatiōne laetatur in terris, ejusdem æterna societate perfrautar in cœlis. Per Dominum.

Et fit Commemoratio SS. Martyrum Tryphonis, Respicii et Nymphæ Virg. ut in Missali fol. 500.**Epistola Mulierem fortē. Graduale.****Dilexisti justitiam. Euang. Simile est regnum cœlorum thesáuro abscondi.****Offertorium. Diffusa est grátia ex Mis- sa Cognovi. fol. XXVII.**

Secreta.

Munera nostra, Dómine, pro sanctæ Ludmíllæ Mártyris tuæ translatióne obláta, ejus méritis reddántur tibi accépta. Per Dóminum.

Communio. Psal. 118. Príncipes persecuti sunt me gratis, et a verbis tuis formidávit cor meum: létábor ego super eloqua tua, quasi qui invénit spolia mul'a.

Postcommunio.

Sanctificet nos, quæsumus Dómine, tui percéptio Sacraménti, et beatæ Ludmíllæ Mártyris tuæ intercessióne tibi reddat accéptos. Per Dóminum.

DIE XII. SS. MARTYRUM
quinq[ue] Fratrum. In Polonia et in Archidiœc. Olmucen. Missa Multæ tribulatiónes ut die XXVII. Junii fol. 399.
præter Orationes. Oratio.

Sanctorum nōs, quæsumus Dómine Mártyrū tuórum, Benedícti, Joán-nis Matthæi, Isaaci, atque Christini gloriósa hodiérrna die trophæa lètificent: quátenus eórum interventione, ad illam perveniámus hæreditátem, in qua iidem felices Angelórum cœti-bus aggregáti, tuæ semper majestatis perfruuntur ineffabili claritaté. Per Dóminum nostrum.

In Polonia. Secreta.

Hostias tibi Dómine sanctórū Mártyrum tuórum dicátas méritis benignus assúme, et ad perpétuum nobis tribue provenire subsídium. Per Dóminum nostrum.

In Archidiœc. Olmuc. Secreta.

Munera, Dómine, obláta sanctifi-ca, et intercedéntibus sanctis tuis Mártyribus, Christino, Benedícto, Matthæo, Joánni, atque Isaac, per eádem nos placátos intende. Per Dóminum nostrum.

Postcommunio.

Sumpsimus Dómine sanctórū Mártyrum tuórum, Benedicti, Joán-

nis, Matthæi, Isaaci, atque Christini solémnia celebrantes, Sacramenta cœlestia: præsta uæsumus, ut, quod temporáliter gé-nus, æternis gaudiis consequámur. Per Dóminum.

DIE XIII. S. BRICHTII

Episcopi et Confessoris. Missa Sacerdotes tui de Comm. Confess. Pontif. fol. XIV.

Oratio.

Deus, qui nos ánnua beati Brictii Confessoris tui atque Pontificis solemnia venerari concédis; præsta quæsumus: ut et devótis ea méntibus celebrémus; et ejus patrocínio promerente véniam et indulgéntiam nostrarum culpárum adipisci mereámur. Per Dóminum.

Epistola Omnis Pónifex fol. 10.

DIE XV. S. LEOPOLDI
Confess. Marchionis Austriae, cum Octava in tota Austria.

Introitus. Psalm. 36.

Os justi meditabitur sapiéntiā, et lingua ejus loquétur judicium: lex Dei ejus in corde ipsius.

Psal. ibid. Noli æmulári in maligná-tibus: neque zeláveris facientes iniqtitatem. V. Glória Patri, etc.

Oratio.

Deus, qui sanctum Leopoldum ex Principatu, et curis sæculi hujus, immaculatum ad regnum cœlestē traduxisti: concéde propítius; tua cleméntia ita nos per hæc temporalia dírigi, ut æternæ vitæ consórtes effici mereámur. Per Dóminum.

Léctio libri Sapiéntiæ. Eccli. 31.

Béatus vir, qui invéntus est sine mácula, et qui post aurum non abiit, nec sperávit in pecúnia et thesauris. Quis est hic, et laudábitur eum? fecit enim mirabília in vita sua. Qui probá-tus est in illo, et perféctus est, erit illi glória æterna: qui pótuit tránsgressi, et non est transgréssus; fáceré mala,

et non fecit: ideo stábilta sunt bona illius in Dño, et eleemosynas illius enarrábit omnis Ecclésia Sanctórum.

Graduale. Psalm. 91. Justus ut palma florébit, sicut cedrus Líbani multiplicabitur in domo Dómini. V. Ad annuntiándū mane misericordiam tuā, et veritátem tuam per noctem. Alleluja, alleluja.

V. Jac. 1. Béatus vir qui suffert tentiōnem, quóniam cum probátus fúerit, accípiet corónam vitæ, alleluja.

Sequéntia sācti Euangélii secundum Lucam. **Lucæ 19.**

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis parabolam hanc: 'Homo quidam nóbilis abiit in régionem longinquam accípere sibi regnum, et reverti. Vocatis autem decem servis suis, dedit eis decem mnas, et ait ad illos: Negotiámini dum vénio. Cives autem ejus óderant eum: et misérunt legatiōnem post illum, dicéntes: Nolumus hunc regnare super nos. Et factum est, ut redíret accépto regno: et jussit vocári servos, quibus dedit pecúniam, ut sciret quantū quisque negotiátus esset. Venit autem primus, dicens: Dñe, ecce mna tua decē mnas acquisívit. Et ait illi: Euge bone serve, quia in módo fuisti fidélis, eris potestátem habens super decem civitátes. Et alter venit, dicens: Dómine, mna tua fecit quinque mnas. Et huic ait: Et tu esto super quinque civitátes. Et alter venit, dicens: Dómine, ecce mna tua, quam habui repósitam in sudário; timui enim te, quia homo austerus es: tollis quod non posuísti, et metis quod non seminásti. Dicit ei: De ore tuo te júdico, serve nequam. Sciebas quod ego homo austerus sū, tollens quod non pósui, et metens quod non seminávi: et quare non dedísti pecúniam meam ad mensam, ut ego véniens, cum usúris útique exē-

gissem illam? et astántibus dixit: Aufférte ab illo mnas, et date illi, qui decem mnas habet. Et dixerunt ei: Dómine, habet decem mnas. Dico autem vobis, quia omni habénti dábitur, et abundábit: ab eo autem, qui non habet, et quod habet, auferéatur ab eo. **Credo.**

Offertorium. Psalm. 88. Véritas mea, et misericordia mea cum ipso: et in nómine meo exaltábitur cornu ejus.

Secreta.

LAUDIS tibi, Dómine, hóstias immo-lamus, in tuórum commemora-tiōne Sanctórum: quibus nos et præ-sentibus éxui malis confidimus, et fu-turis. Per Dóminum nostrum.

Communio. Matth. 24. Beatus servus, quem, cum vénerit Dóminus, invéne-rit vigilántem: amen dico vobis, su-per ómnia bona sua consítuet eum.

Postcommunio.

Refécti cibo potúque cœlesti, Deus noster, te súpplices exorámus: ut in cujus hæc commemora-tiōne per-cépimus, ejus muniámur et précibus. Per Dóminum nostrum.

DIE XVI. COMMEMORATIO

S. Ottmari Abbatis. Pro Diœc. Secc. et Salisb. Oratio Intercéssio fol. XIX.

Pro Archidiœc. Olmuc. Oratio.

Béati Ottmári Abbátis, Dómine, ve-neránda festivitas, salutáris auxílii nobis præstet effectum. Per Dómi-num nostrum. **Secreta.**

OMnipotens sempitérne Deus, mún-nera tuæ Majestati oblata sanctifica, et intercessiōne Beáti Ottmári Abbátis ad perpétuam nobis fac per-venire salútem. Per Dóminum.

Postcommunio.

COElesti beatitúdine, Pater omni-potens, póplum tuum sanctifica, et Beáti Ottmári Abbátis festivitá-te gaudéntē fac in æterna glória gau-dére. Per Dóminum.

DIE XVII. S. SALOMEÆ
Virginis Reg. Galiciæ. Missa fol. XXIII.
Oratio.

Deus, qui in Beata Salomea terréni regni contémpsum cum virginitatis candore in connubio sociasti; concéde nobis quæsumus, ut ejus exemplo tibi casto et húmili corde serviétes, immarcescibilem corónam gloriæ in cœlis cónsequi mereámur. Per Dóminum nostrum.

DIE XX. S. ELISABETH VIDUÆ.
Pro Polonia, et Hungaria. Introitus

Gaudeámus omnes in Dómino, diē festum celebrantes sub honore beatæ Elisabeth: de cuius solemnitate gaudent Angeli, et collaudant Filiū Dei.

Psalm. 44. Eructávit cor meum verbū bonum: dico ego ópera mea Regi.

V. Glória Patri.

Orationes cum reliquis ut in Missali fol. 504.

In Polonia Dicitur Credo.

In Polonia Offertorium. Psalm. 44. Filiae Regum in honore tuo, ástitit Regina a dextris tuis in vestitu deaurato, circumdata varietate.

In Polonia Communio. ibid. Diffusa est grátia in lábiis tuis, propterea benedíxit te Deus in ætérnum.

DIE XXVI. COMMEMORATIO
S. Conradi Episc. et Conf. Oratio Exaudi de Comm. Conf. Pontif. fol. XIV.

DIE XXVII. S. VIRGILII
Ep. et Conf. Missa Státuit ei de Com. Conf. Pont. fol. XIII.

DIE XXIX. S. SATURNINI
Martyris. Missa Lætabitur justus de Communi Mart. fol. V.

Oratio.
Qmipotens, et misericors Deus, qui in confessione veræ fidei beatum Saturninum Martyrem tuum mirabili constántia roborásti: concéde

nobis fámulis tuis; ejus intercedéntibus méritis tibi soli in omnibus firmiter adhærere. Per Dóminum nostrum.

FESTUM SS. PATRONORUM
Archidiæc. Pragen. Missa Sapiéntiam ut in Com. fol. X, preter Orationes sequentes.

Propitiáre, quæsumus Dómine, nobis fámulis tuis, per sanctórum Mártyrum tuórum, atque Patronórū nostrórū, Cyrilli, Methúdii, Viti, Wenceslái, Adalbérti, Sigismundi, Joánnis Nepomucéni, Procópii, Cosmæ et Damiáni, Benedícti cum frátribus, Norbérti, Joséphi, atque Ludmillæ, mérita gloriósa: ut eórum pia intercessióne ab omnibus semper protegámur adverſis. Per Dóminum.

Secreta.

Suscipiat cleméntia tua, Dómine quæsumus: de mánibus nostris munus oblátum, et per sanctórum Mártyrum tuórum Cyrilli, Methúdii, Viti, Wenceslái, Adalbérti, Sigismundi, Joánnis Nepomucéni, Cosmæ, et Damiáni, Benedícti cum frátribus, Norbérti, Joséphi, atque Ludmillæ mérita, ab omnibus nos munda peccatis. Per Dóminum.

Postcommunio.

Divina libántes mystéria, quæ pro beatórum Mártyrum tuorum Cyrilli, Methúdii, Viti, Wenceslái, Adalbérti, Sigismundi, Joánnis Nepomucéni, Procópii, Cosmæ et Damiáni, Benedícti cum frátribus, Norbérti, Joséphi, atque Ludmillæ veneratiōne, tuæ obtúlimus Majestati: quæsumus, ut per ea véniam mereámur habére peccatórum, et cœlestis gratiæ donis reficiámur. Per Dóminum.

Tempore Paschali dicitur Missa Sancti tui de pluribus Martyribus. fol. VIII.
Orationes dicuntur ut supra.

Dominica II. post Pascha.
IN FESTO S. SEPULCHRI
D. N. J. C.

Introitus. Isaiae. c. 11.

Nilla die erit radix Jesse, qui stat in signum populórum, ipsum gentes deprecabuntur; Alleluja, et erit sepulchrum ejus gloriósum. Alleluja.

Psalm. 45. Fluminis impetus lætitiat civitatem Dei, sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.

V. Glória Patri. Oratio.

Domine Jesu Christe, qui pro nobis mortem subire, et in Sepulchro depósitus tértia die resurgere voluísti, concéde fámulis tuis, ut qui Sepulchri tui memóriam recólimus, Resurrectiōnis quoque gloriæ participes esse mereámur. Qui vivis etc.

Léctio Actuum Apostolorum. c. 13.

In diébus illis: surgens Paulus et manus siléntium indicens ait: Viri fratres filii géneris Abraham, et qui in vobis timent Deum, vobis verbum salutis hujus missum est. Qui enim habitabant Jerúsalem et príncipes ejus, ignorántes Jesum et voces Prophetarum, quæ per omne Sábbathum leguntur, judicantes implevérunt: et nullam causam mortis inveniéntes in eo petierunt a Piláto, ut interficerent eum. Cumque consummássent ómnia, quæ de eo scripta erant, depónentes eum de ligno, posuerunt eum in monuménto. Deus vero suscitávit eum a mórtuis tértia die; qui visus est per multos dies his, qui simul ascenderant cum eo de Galilæa in Jerúsalem: qui usque nunc sunt testes ejus ad plebem.

Graduale Job. 13. Qui expéctant mortem et non venit, quasi effodiéntes thesárum, gaudéntque vehémenter, cum invénerint Sepulchrum. Alleluja, alleluja.

Joan. 20. Currébant duo simul, et ille alius Discípulus præcúrrit cítius Petro, et venit prior ad monuméntū. Allel.

Sequéntia sacerdi Euangélii secundum Lucæ 24.

Una Sábbathi valde dilúculo venérunt mulieres ad monuméntum, portantes, quæ paravérunt arómata, et invenérunt lápidem revolutum a monuménto, et ingrésse non invenérunt Corpus Dómini Jesu. Et factum est, dum mente consternátæ essent de isto, ecce duo viri stetérunt secus illas in veste fulgénti. Cum timérent autem et declinárent vultum in terram, dixérunt ad illas, quid quæritis? Vivéntem cum mórtuis? Non est hic, sed surrexit. Recordámini quáliter locútus est vobis, cum adhuc in Galilæa esset dicens: Quia opórtet Filium hominis tradi in manus hominum peccatórum et crucifigi et die tértia résurgere. Et recordátæ sunt verbórum ejus, et regréssæ a monuménto, nuntiavérunt hæc ómnia illis undecim et cæteris ómnibus. Erat autem María Magdaléne, et Joánnna, et María Jacobí, et cæteræ, quæ cum eis erant, quæ dicébant ad Apóstolos hæc: Et visa sunt ante illos sicut deliraméntum verba ista, et non credidérunt illis. Petrus autem surgens, cucurrit ad monuméntum, et procúmbens vidi linéamina sola pósita et abiit secū mirans, quod factum fúerat. Credo.

Offertorium. Psalm. 41. Transibo in locum Tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei, Alleluja.

Secreta.

Deus, qui per depositionem sanctissimi Córporis Filii tui in Sepulchro, idem Sepulchrum sanctificásti, concéde quæsumus, ut in hoc Sepulchro ánima et corde habitémus Per eundem.

Communio. Sap. 9. Beatus qui audit me et qui vigilat ad fores meas quotidianie, et observat ad postes ostii mei, alleluja.

Postcommunio.

Deus, qui nos sancti Sepulchri filii tui laetari facis honore: praesta quæsumus, ut in eodem sepulti, mundo moriamur, et tibi soli vivemus. Per eundem.

Die xxiv. Maii.

**IN FESTO B. MARIAE VIRGINIS
Titulo Auxilium Christianorum.**

Tempore Paschali. Introitus.

SAlve Sancta parens, enixa purerpa Regem: qui cœlum, terramque regit in sæcula sæculorum. Alleluja, alleluja.

Psalm. 44. Eructavit cor meum verbū bonum: dico ego ópera mea Regi.

V. Glória Patri.

Oratio.

OMnipotens, et misericors Deus, qui ad defensione Pópuli Christiani in Beatissima Virgine María perpetuum auxilium mirabiliter constitisti; concéde propítius; ut tali præsídio muniti certantes in vita, victoriā de hoste maligno conseguiri valeamus in morte. Per Dóminum.

Léctio libri Sapiéntiæ. Eccli. 24.

AB initio, et ante sæcula creata sū, et usque ad futurum sæculum nō desinam, et in habitacione sancta coram ipso ministrávi. Et sic in Sion firmata sum, et in Civitate sanctificata similiter requiévi, et in Jerúsalem potestas mea. Et radicávi in pópulo honorificato, et in parte Dei mei hæreditas illius, et in plenitúdine Sanctorum detentio mea. Alleluja allel.

Graduale. V. Num. 17. Virga Jesse flóruit: Virgo Deum, et hóminem gennuit: pacē Deus redidit, in se reconcilians ma summis. Alleluja.

. Lucæ 1. Ave María grátia plena:

Dóminus tecum: benedicta tu in mulieribus. Alleluja.

Post tempus Paschale. Graduale. Benedicta, et venerabilis es Virgo María, quæ sine tactu pudoris, invénta es Mater Salvatóris. **V.** Virgo Dei Génitrix, quem totus non capit orbis, in tua se clausit viscera factus homo. Alleluja alleluja. **V.** Post partum, Virgo, inviolata permansisti: Dei génitrix intercedé pro nobis. Alleluja.

Sequentia sacerdi Euangélii secundum Lucam.

Cap. II.

IN illo tempore: Loquénte Jesu ad turbas, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi: beatus venter, qui te portavit, et ubera, quæ suxisti. At ille dixit: quinimo beati, qui audiunt verbū Dei, et custodiunt illud.

Offertorium Lucæ 1. Ave María grátia plena Dóminus tecum: benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui. Alleluja.

Secreta.

Ro Religiónis Christiánæ triúmpho hóstias placatiónis tibi, Dómine, immolámus, quæ, ut nobis proficiant, opem auxiliatrix Virgo præstet, per quam talis perfécta est victoria. Per Dóminum.

Præfatio de B. Maria. Et te in Festivitate. fol. 197.

Communio Beata viscera Mariæ Virginis, quæ portavérunt æterni Patris Fílium. Alleluja. **Postcommunio.**

ADesto, Dómine, pópulis, qui participatióne Córporis, et Sanguinis tui reficiúntur; ut, Sanctissima tua Genitrice auxiliante, ab omnimalo, et periculo liberéntur, et in omni opere bono custodiántur. Qui vivis etc.

Si occurrat, vel transferatur extra tempus Paschale, Introitus, Offertorium, et Communio erunt sine Alleluja.